



DA 750.B2 N0102 V2



a31188000453908b

CALL No.	<del>97862</del>
DA	Brechin, Scot. (Diocese)
750	
B2	Registrum episcopatus
no.102	
v.2	brechinensis.

THE LIBRARY

10571




UNIVERSITY OF GUELPH

Acts Division









THE UNIVERSITY OF CHICAGO

PHYSICS DEPARTMENT

PHYSICS 317

**REGISTRUM**  
**EPISCOPATUS BRECHINENSIS**

**CUI ACCEDUNT**

**CARTAE QUAMPLURIMAE ORIGINALES**

1900

THE UNIVERSITY OF CHICAGO

PHYSICS DEPARTMENT

PHYSICS DEPARTMENT

CHICAGO, ILL.



REGISTRUM  
EPISCOPATUS BRECHINENSIS

CUI ACCEDUNT

CARTAE QUAMPLURIMAE ORIGINALES

II.—APPENDIX CARTARUM.


IMPRESSUM ABERDONIAE

M DCCC LVI

TYPIS W. BENNETT ABERDONIAE.

THE LIBRARY  
UNIVERSITY OF GUELPH






# OLD ANGUS AND MEARNS,


from DRAWINGS by  
TIM. PONT & R. GORDON

C. 1640.

The Outline corrected from modern authorities  
1856.



**APPENDIX.**



## APPENDIX.

---

### CARTÆ ORIGINALES IN ARCHIVIS CIVITATIS BRECHINENSIS ASSERVATÆ.

---

Carta Randulphi de St<sup>e</sup>hechyn super terra de Bretulauch .

- I. **O**mnibus has literas visuris vel auditoris Randulfus de Strathphetham eternam in Domino salutem . Nouerit uniuersitas uestra me dedisse et concessisse et hac presenti carta mea confirmasse pro anima mea et animabus omnium antecessorum meorum totum ius quod habui in terra que Brectulach nominatur Deo et Sancto Tarranano et episcopatu de Brechin . Tenendum et habendum in puram et perpetuam elimosinam de me et heredibus meis adeo libere et quiete plenarie et honorifice sicut aliquod aliud territorium in regno Scocie liberius quocius plenarius et honorificentius tenetur aut possidetur . Ut autem hec mea donacio et concessio futuris temporibus robur optineat inconcussum : presens scriptum sigilli mei [appensione] roborauit . Testibus Dōpno G/. Abbe de Abbotoc . Maḡro O. arch Abbdonie . Wālt'o filio Sibaldi . Hūg Cambrun viç de Forfare . Roḡ. Senescald viç de Merne . Alex° de Blare . Maḡro Hen. de Noreñā . Hñico p<sup>a</sup> de Glenb'uin . Beolin iudice . Keraldo iudice . Lorne Theine de Ures . et mñis aliis .

Carta Roberti Broys super immunitate terrarum et possessionum episcopi et capituli Brechinensis ab omni servitio et exactione seculari .

II. **R**obertus Dei gratia Rex Scotorum . Justiciariis Vicecomitibus Burgorum prepositis et eorum balliis Ceterisque ministris et fidelibus nostris ad quos presentes litere nostre peruenerint . Salutem . Nolentes sicuti nec debemus quod terre ecclesie Brechinensis que Episcopo Decano Canonicis aut Capellanis eiusdem ecclesie communiter aut diuisim in puram et perpetuam elimosinam sunt collate a diuersis fundatoribus et infeodatoribus suis quibuscunque qui seruicium nostrum facere tenentur pro eisdem ad predictum seruicium nostrum per quoscunque balliuos seu ministros de cetero compellantur . Vobis precipiendo mandamus quatenus quotienscunque seruicium nostrum de terris suis predictis debitum exigere vos contigerit ipsum seruicium a fundatoribus et infeodatoribus suis qui ad illud seruicium tenentur totaliter exigatis et eorum feoda capitalia si necesse fuerit pro dicto seruicio debite distringatis, ita quod terre dictorum Episcopi Decani Canonicorum et Capellanorum et eorum possessiones ab huiusmodi oneribus et exactionibus libere sint penitus atque quitte . Firmiterque prohibemus ne quis ipsos Episcopum Decanum Canonicos aut Capellanos seu eorum aliquem homines suos seu eorum bona vel possessiones contra presentium nostrarum literarum tenorem aliqualiter grauare seu vexare presumat super nostram plenariam forisfacturam . Et si quid ab eis in premissis exactum vel eis iniuriatum fuerit, id sibi restitui corrigi et reformari faciatis quotienscunque et quandocunque rationabiliter per ipsos vel ipsorum aliquem fueritis requisiti . In cuius rei testimonium has literas nostras vobis ostendendas et penes ipsam ecclesiam perpetuo remansuras sibi fieri fecimus patentes . Apud Brechin quarto die Decembris Anno regni nostri Quarto .



Carta Roberti regis Willelmo Barbitonsori tocius terre que fuit Ade de Hodholm . [A copy of early date .]

III. **R**obertus Dei gracia Rex Scottorum omnibus probis hominibus tocius terre sue salutem . Sciatis nos dedisse concessisse et hac presenti carta nostra confirmasse Willelmo Barbitonsori dilecto et fideli nostro totam terram que fuit Ade de Hodholm cum pertinenciis in villa et tenemento de Kirkborthwic et totum dominium omnium liberetenentium quod habuit in eodem tenemento et cum dominio de Yrostilcous cum tota parte communie quam idem Adam habuit de Grenwod et de Hendouchheyh quamquidem terram cum dominiis et communia predictis idem Adam nobis nuper per fustem et baculum sursum reddidit resignavit ac totum ius et clameum quod habuit in eisdem vel habere potuerit pro se et heredibus suis omnino quietum clamavit imperpetuum . Tendendam et habendam predicto Willelmo et heredibus suis de nobis et heredibus nostris in feodo et hereditate per omnes rectas metas et diuisas suas adeo libere quiete plenarie et honorifice sicut dictus Adam predictam terram cum dominiis et communia predictis aliquo tempore tenuit seu possedit per seruicium inde debitum et consuetum . In cuius rei testimonium presenti carte nostre sigillum nostrum precepimus apponi . Testibus Bernardo abbate de Abirbrothoc cancellario nostro Willelmo de Lyndesay camerario nostro Jacobo domino de Douglas Gilberto de Haia constabulario nostro et Roberto de Keth marescallo nostro militibus . Apud Edenburgh sextodecimo die Septembris Anno Regni nostri Duodecimo .

Carta Roberti Regis de libertate fori Brechinen .

IV. **R**obertus Dei gracia rex Scottorum . Omnibus Probis Hominibus tocius terre sue tam clericis quam laicis salutem . Sciatis Nos conces-


sisse venerabili Patri in Xpo Johanni Dei gracia Episcopo Brechenensi, Capitulo, et Canonicis Ecclesie Sancte Trinitatis loci eiusdem et eorum Successoribus imperpetuum quod Habeant teneant et possideant forum in ciuitate Brechenensi singulis diebus dominicis, sicut dictis Ecclesie et Canonicis concessum est per reges Scocie predecessores nostros, et sicut libertate dicti fori plenius, liberius, et quiecuis vsi fuerunt tempore bone memorie domini Alexandri regis Scocie predecessoris nostri ultimo defuncti . Quare mandamus et firmiter precipimus iusticiariis, vicecomitibus, prepositis et eorum balliuis quod dictum Episcopum, Capitulum et Canonicos ac eorum Successores in libertate fori sui predicti iuste manteneant et defendant, non permittendo eos contra hanc concessionem nostram quatenus in eis fuerit aliquatenus iniuste perturbari . In cuius rei testimonium presenti concessioni nostre sigillum nostrum precepimus apponi . Testibus venerabilibus in Xpo patribus Wilmo . Wilmo et Henr<sup>o</sup> Dei gracia Sancti Andree, Dunkelden : et Abiridon : Ecclesiarum Episcopis . Duncano Comite de Fyf . Malisio comite de St<sup>h</sup>eryn . Waltero Sen<sup>e</sup> Scocie . et Alexo Fras<sup>d</sup> Camerario Scocie militibus . Apud Sconam . decimo die Julii . Anno regni nostri sextodecimo .

Carta Episcopi Philippi concessa Helisco Falco<sup>n</sup> super terris in Monross unius annui redditus E<sup>p</sup>o : Brechi<sup>n</sup> :

- V. Sciant presentes et futuri Nos Philippum permissione diuina episcopum ecclesie Brechinensis, Habito sollempni frequenti et diligenti tractatu cum capitulo nostro, vtilitate que ecclesie nostre pensata, de unanimi consensu eiusdem capituli concessisse et ad feodofirmam dimississe ac presenti carta nostra confirmasse Helisco Faucuner burgensi de Monros duas perticatas et dimidiam perticatam terre cum pertinenciis iacentes in burgo de Monros ex orientali parte vici fori inter terram Wilmi



ps  
ecclesie beche[n]s[is] habito dilectam seque[n]tia & diligenter tractata cu[m]  
eiusdem capituli concessisse & ad feodofirmam dimississe ac presentia capituli  
as & dimidiam p[ro]curatorem h[uius] cu[m] p[re]sentibus iactatis in burgo de wynter  
ex p[ar]te vna & t[er]ram quondam Joh[ann]is scoto que tenet de p[ar]te wynter. ex  
v[er]o s[un]t. & nobis & successoribus n[ost]ris in libertate burgagium ad feodofirmam  
lib[er]e comoditate & iustitias & iustis p[ro]prietariis suis. Reddendo in d[omi]n[u]m  
annuatim decem solidos sterlingorum ad d[omi]nos pentecostes & festu[m] s[an]c[t]i  
Michaelis. sicut & debentur quondam p[re]sentibus ad d[omi]nam t[er]ram. In cuius p[ar]te  
n[ost]re concordie est appensu[m]. Dat[um] apud beche[n] in p[re]sentia capituli  
m[en]sis octobris. (Certe eodem capitulo.)



Paneter ex parte boreali ex parte una, et terram quondam Johannis Scott que tenetur de Sancta Maria, ex parte australi ex altera . Tenendas et habendas eidem Helisco et heredibus suis, de nobis et successoribus nostris in liberum burgagium ad feodofirmam in perpetuum . libere quiete plenarie et honorifice cum omnibus libertatibus commoditatibus aisiamentis et iustis pertinenciis suis . Reddendo inde annuatim dictus Heliscus et heredes sui episcopo Brechynensi qui pro tempore fuerit, decem solidos sterlingorum . ad terminos Pentecostes et festi Sancti Martini in yeme . per equales medietates : et sectam faciendo et soluendo domino Regi seruicium et debitum quantum pertinet ad dictam terram . In cuius rei testimonium sigillum nostrum, una cum communi sigillo nostri capituli presenti carte nostre concorditer est appensum . Datum apud Brechyn in prefato capitulo sexto decimo die mensis Marcii anno spei millesimo trecentesimo quinquagesimo . Teste eodem capitulo .

Carta regis Daudid de libero introitu et exitu infra aquas de Tay et Suthesk .

VI. **D**audid Dei gratia rex Scottorum . Omnibus probis hominibus tocuis terre sue . Salutem . Sciatis nos dedisse concessisse et hac presenti carta nostra confirmasse venerabili in Christo patri Patricio Episcopo Brechinensi . Quod omnes mercatores, villam de Brechyn pro tempore inh[ab]itantes, de cetero liberum introitum habeant et exitum infra aquas de Tay, et de Suth Esk, infra vicecomitatum de Forfar, cum suis mercandiis, et bonis, quotiens et quando voluerint, in batellis, nauibus, et farcostis . Soluendo nobis, et aliis quorum interest, custumas tam maiores quam minores debitas et consuetas . Non obstante aliqua as-sedatione per nos vel per Camerarium nostrum burgensibus de Dunde,

et de Monros, de eorum burgis, hucusque facta, vel in posterum faci-  
enda, in perpetuum vel ad tempus . Quare omnibus et singulis burgen-  
sibus et fratribus gildarum dictorum burgorum de Dunde et de Monros,  
ceterisque quorum interest, vel interesse potuerint, firmiter inhibemus,  
ne quis aliquem mercatorum predictorum villam de Brechin pro tem-  
pore inhabitantium, contra hanc nostram concessionem, grauare pertur-  
bare, vel aliqualiter impedire presumat, sub pena que exinde poterit  
prouenire . In cuius rei testimonium, presenti carte nostre, sigillum  
nostrum precepimus apponi . Testibus venerabilibus in Christo patri-  
bus, Willelmo Episcopo Sancti Andree, et Waltero Episcopo Glasgu-  
ensi, Roberto senescalli Scocie nepote nostro, Willelmo comite de  
Douglas, Jacobo de Douglas, et Willelmo de Dischingtoun, militibus .  
Apud Edinburgh quarto die Aprilis . Anno regni nostri quadragesimo .

Creatio de Lethnot in prebendam .

VII. **U**niuersis Sancte Matris ecclesie filiis ad quorum noticiam presentes  
litere peruenerint . Stephanus Dei gracia Episcopus Brechinensis Salu-  
tem in omnium Salvatore . Cum omnia jura diuina pariter et humana  
cultum diuinum licite ampliandum augmentari desiderent et non solum  
augmentantibus . verum eciam augmentari procurantibus pium sit  
meritorium et laudabile . Noueritis nos de et cum communi mutuo et  
unanimi consensu et assensu Capituli nostri . Habito super hoc prius  
diligenti solempni et frequenti tractatu in eodem nostro capitulo, ecclesie  
nostre in hoc vtilitate et honestate pensatis . Accedente eciam ad hoc  
voluntate consensu et rogatu speciali nobilis viri et potentis domini  
Dauid de Lyndyssay militis domini de Glenesk veri et legitimi patroni  
ecclesie parrochialis de Lethnoth nostre diocesis . In eadem nostra  
ecclesia Cathedrali Brechinensi predictam ecclesiam parrochiam de

Lethnoth creasse prebendam perpetuis futuris temporibus duraturam sub certis forma et modo inferius annotatis viz. quod quicumque pro tempore fuerit rector dicte ecclesie de Lethnoth semper sit Canonicus in dicta ecclesia nostra Brechinensi et quod stallum habeat in choro et locum in capitulo, et de omnibus aliis que ad jus canonicatus pertinent eidem respondeatur in omnibus sicut uni alteri canonicorum nostre ecclesie supradicte . Qui quidem canonicus in prebendam suam omnes fructus redditus prouentus et obuenciones dicte ecclesie de Lethnoth tam maiores quam minores habebit . Et inueniet annuatim in choro dicte nostre ecclesie unum subdiaconum sufficientem stallarium in habitu consimili cum stallariis aliorum canonicorum celebraturum et ministraturum tam in officio subdiaconi et cantoris quam in aliis officiis infra dictum chorum hactenus usitatis . Habebit eciam unum Vicarium perpetuum in dicta ecclesia parrochiali de Lethnoth qui viginti duas marchas de redditibus dicte ecclesie de Lethnoth percipiet annuatim ad terminos Penthecostes et Sancti Martini in hyeme, per porciones equales si pro tanta haberi poterit . Cui autem fiet augmentatio non perpetua set temporalis prout temporis fertilitas seu sterilitas id exposcit . Cui eciam in dicta ecclesia de Lethnoth residenciam personalem facere teneatur, ac parrochianis tam capelle de Lochlwy quam predictæ matris ecclesie debite deservire seu facere deserviri . Qui eciam vicarius procuraciones et synodalia et omnia onera ordinaria domino Episcopo et eius Archidiacono qui pro tempore fuerit soluere teneatur . Iste vero vicarius per canonicum qui pro tempore fuerit domino Episcopo presentabitur, et ex eius mandato in vicariam instituetur eandem . Et canonicus semper unus post alium, cum prebendam de Lethnoth vacare contigerit, per dictum dominum de Lyndysay et heredes suos presentabitur domino Episcopo, qui faciet eum ut moris est in canonicum recipi et debite installari . Et si dictus canonicus negligens fuerit in

presentatione vicarii ad curam, vel subdiaconi ad stallum cum vacauerint, vel in solucione salarii eorundem, ita quod infra mensem a tempore vacacionis non presentauerit ad utrumque, vel salarium eorundem contra eorum voluntatem detinuerit ultra mensem, ex tunc licebit episcopo vicariam sua auctoritate conferre et subdiaconum conducere . Et in defectu solucionis salariorum eorundem vel eorum alterius fructus omnes dicte ecclesie sequestrare donec fiat suorum salariorum plena solucio de termino retroacto . Vicarius habebit unam acram terre de terra ecclesiastica, in qua edificare valeat et residenciam facere personalem . Rector prebendarius chorum in lectura libris vestimentis et aliis ornamentis sufficienter ut decet suis sumptibus sustinebit . Et ad hec omnia bene et fideliter perimplenda et obseruanda singuli canonici nostre ecclesie dictam prebendam obtinentes in suo introitu prestabunt corporaliter iuramentum et eciam pro statutis et consuetudinibus dicte ecclesie ab antiquo usitatis de cetero obseruandis . Salua nobis et capitulo nostro pensione annua viginti octo marcharum debita ex antiquo . In quorum omnium testimonium Sigillum nostrum vna cum sigillo communi Capituli nostri, ac eciam Sigillo dicti domini Daud de Lyndyssay patroni dicte prebende, in signum sui consensus ad hoc prestiti, Scripto presenti appositum est patenter . Datum in eodem Capitulo nostro Brechinensi, Vicesimo tercio die mensis Februarii . Anno Domini millesimo ccc. octuagesimo quarto .

Donatio Capellano in Dunde .

VIII. **O**mnibus hanc cartam visuris vel auditoris Daud de Lyndesay Comes de Craufurde salutem in Domino sempiternam . Noueritis me cum consensu et assensu Alexandri de Lyndesay primogeniti mei et heredis pro salute anime mee patris mei et matris mee ac omnium animarum ante-



cessorum meorum et specialiter pro animabus eorum quorum aliqua bona habui in hac vita et plenam satisfactionem inde non feci . et pro animabus omnium fidelium defunctorum dedisse concessisse et hac presenti carta mea confirmasse Deo et beate Marie Virgini genetrici eiusdem . ac vni capellano diuina celebranti . et imperpetuum celebraturo in ecclesia parrochiali eiusdem beate Marie de Dunde pro salute anime mee ac omnium animarum predictarum duodecim marcas annualis Reditus annuatim leuandas de terris meis de Abirbothry jacentibus infra vicecomitatum de Perth ad duos anni terminos consuetos Pentecostes videlicet et Sancti Martini in yeme per porciones equales . Tenendas et habendas dictas duodecim marcas annualis redditus predicto capellano qui pro tempore fuerit in liberam puram et perpetuam elimosinam cum omnibus libertatibus commoditatibus et aysiamenis ad dictum annum redditum spectantibus seu spectare valentibus in futuro, adeo libere quiete integre honorifice bene et in pace sicut aliqua elimosina infra Regnum Scocie per aliquem concedi poterit siue dari . Volo eciam et concedo quod quocienscunque et quandocunque dictum capellanum qui pro tempore fuerit decedere seu ex aliqua causa rationabili a dicta capellania amoueri contigerit . ex tunc heredes mei qui pro tempore fuerint infra mensem a tempore vacationis eiusdem alium capellanum ydoneum domino Episcopo Brechinensi vel Decano et Capitulo sede vacante presentent admittendum pro salute omnium animarum predictarum in ecclesia beate Marie predicta perpetuo celebraturo . cum hoc eciam adiecto quod dictus capellanus qui pro tempore fuerit quotidie intersit singulis horis diuinis in dicta ecclesia Sancte Marie de Dunde viz. matutinis, missis, vesperis et aliis horis si que sint presto ibidem coadiuturus in diuinis cantandis et legendis cum nota . Eciam volo et per presentes ordino, quod dictus capellanus qui pro tempore fuerit quolibet die feriali intersit uni misse de Requiem ad altare beati Georgii

martiris in predicta ecclesia de Dunde, hora nona diei, una cum certis capellanis per me [in] dicta ecclesia fundatis pro salute anime mee, et omnium animarum predictarum, cum nota cantande, et quum in cursu suo sibi incumbit dictam missam cum nota cantet . Et si super hiis negligens fuerit vel in visitacione obstans repertus, licebit heredibus meis alium ydoneum capellanum presentare, et dictum penitus amouere . Volo eciam quod a dicto capellano, per aliquem heredum meorum nichil penitus exigatur preter oracionum suffragia deuotarum . Et quod quandocumque dictum capellanum qui pro tempore fuerit ad aliquod aliud beneficium ecclesiasticum contigerit promoueri, statim postquam illud perceperit dicta capellania vacabit . Insuper volo et per presentes ordino quod si dictus annuus redditus duodecim marcarum dicto capellano qui pro tempore fuerit ad dictos terminos bene et prompte non soluatur licebit ex tunc dicto capellano sine licencia alicuius ministri predictas terras de Abirbothry cum pertinenciis distringere et namare quousque de dicto annuo reddito sibi annuatim plenarie fuerit satisfactum . In Cuius Rei testimonium presenti carte mee Sigillum meum est appensum apud Dunde decimo die mensis Decembris . Anno Domini millesimo quadringentesimo sexto . Hiis testibus dominis Willelmo et Waltero de Lyndesay militibus fratribus meis, Alexandro de Lyndesay primogenito meo et herede, Johanne Mortymar, Adam Clerk burgensibus de Dunde et Willelmo Mar secretario meo cum multis aliis .

Donatio Capellanie de Kyrkton et Haltoun .

IX. **O**mnibus hanc cartam visuris vel auditoris Daud de Lyndesay comes de Crawfurde salutem in Domino sempiternam . Noueritis me cum consensu et assensu Alexandri de Lyndesay primogeniti mei et heredis pro salute anime mee patris mei et matris mee ac omnium animarum ante-

cessorum et successorum meorum et specialiter pro animabus eorum quorum bona habui in hac vita et plenam satisfactionem inde non feci et pro animabus omnium fidelium defunctorum dedisse . . . Deo et beate Marie Virgini genetrici eiusdem ac uni capellano diuina . . . celebraturo in ecclesia parrochiali eiusdem beate Marie de Dundee pro salute anime mee et omnium animarum predictarum duodecim marcas annualis redditus annuatim leuandas de terris meis de Kyrktoun et de Haltoun baronie mee de Inuerarite jacentibus infra vicecomitatum de Forfar quibus forsitan vastis seu aliter quouismodo desinentibus de tota et integra baronia predicta de Inuerarite annuatim percipiendas ad duos anni terminos Pentecostes viz. et Sancti Martini in yeme per porciones equales . Tenendas et habendas dictas duodecim marcas annualis redditus predicto capellano qui pro tempore fuerit in liberam . . . elimosinam . . . Volo eciam et concedo quod quocienscumque et quodcumque dictum capellanum . . . decedere seu ex aliqua causa rationabili a dicta capellania amoueri contigerit extunc heredes mei . . . infra mensem a tempore vacationis eiusdem alium capellanum ydoneum Domino episcopo Brechinensi vel Decano et capitulo sede vacante . . . [Et sic usque ad finem de verbo ad verbum secundum tenorem cartæ immediate præcedentis] .

Confirmatio eiusdem capellanie de Dundee .

- X. **R**obertus Dux Albanie comes de Fyfe et de Menteth ac Gubernator Regni Scocie . Omnibus probis hominibus . . . Sciatis nos quandam cartam Daud de Lyndesay comitis de Craufurde fratris nostri dilecti factam . . . cum consensu . . . Alexandri de Lyndesay filii sui et heredis in puram et perpetuam elimosinam vni capellano diuina . . . celebraturo in ecclesia parrochiali de Dundee de duodecim marcis

annualis redditus leuandis de terris suis de Kirkton et Haltoun baronie de Inuerarite iacentibus infra vicecomitatum de Forfar, de mandato nostro visam . . . intellexisse ad plenum in hec verba Omnibus . . . [No. IX.] Quamquidem cartam . . . in omnibus . . . ratificamus et auctoritate gubernacionis Regni predicti nobis commisse, ad manum mortuam imperpetuum confirmamus . In cuius Rei testimonium presenti carte nostre confirmacionis sigillum officii nostri apponi precepimus . Testibus reuerendo in Christo patre Gilberto Episcopo Aberdonensi cancellario Scocie, Alexandro comite de Marr, Alexandro de Lyndesay filio et herede dicti comitis de Craufurde nepotibus nostris dilectis, Johanne Senescalli Domino de Buchane filio nostro carissimo, Willelmo de Lyndesay de Rossy, Waltero de Lyndesay fratre suo, militibus . Alexandro de Ogilvile vicecomite de Forfar et Andrea de Hawyk secretario nostro . Apud Perth vicesimo quarto die mensis Februarii anno Domini millesimo quadringentesimo sexto . Et gubernacionis nostre anno primo .

Confirmatio Donationis terrarum de Cortoquhy comiti de Atholie unacum aduocatione ecclesie .

- XI. **R**obertus Dux Albanie . . . Gubernator Regni Scotie . Omnibus probis hominibus tocius Regni predicti clericis et laicis Salutem . Sciatis nos dedisse concessisse et hac presenti carta nostra confirmasse Carissimo fratri nostro Waltero Senescalli comiti Atholie et de Catnes militi . omnes et singulas terras baronie de Cortoqwhy cum pertinenciis vnacum aduocatione ecclesie parrochialis eiusdem . iacentes infra vicecomitatum de Forfar . Que quidem terre cum pertinenciis et aduocatione dicte ecclesie fuerunt carissimi consanguinei nostri Archibaldi comitis de Douglas . Et quas idem Archebaldus, non vi aut metu ductus, nec .

errore lapsus, sed mera et spontanea voluntate sua in presentia plurium nobilium Regni procerum et baronum, ac testium subscriptorum . nobis per fustem et baculum ac per suas literas patentes, apud Perth sursum reddidit pure et simpliciter resignavit . Ac totum jus et clameum que in dictis terris et aduocatione ecclesie habuit vel habere potuit pro se et heredibus suis omnino quietclamavit imperpetuum . Tenendas et habendas dictas terras et aduocationem ecclesie de Cortoqwhy cum pertinentiis prefato Waltero fratri nostro, heredibus suis et assignatis, de domino nostro Rege, et heredibus suis, in feodo et hereditarie imperpetuum, per omnes rectas metas et diuisas suas antiquas, in unam integram et liberam baroniam, cum furca et fossa, sok, sak, tholl, theme, infangandthefe et outfangandthefe, cum tenandriis et libere tenentium seruiciis, cum curiis, eschaetis et curiarum exitibus, bondis bondagiis natiuis et eorum sequelis, in boscis planis moris maresiis viis semitis aquis stagnis pratis pascuis et pasturis, molendinis multuris et eorum sequelis, aucupacionibus venacionibus et piscacionibus . cum brasinis pistrinis et fabrinis cum lapide et calce . ac cum omnibus aliis et singulis libertatibus aisiamentis et iustis pertinentiis quibuscunque tam sub terra quam supra terram, tam non nominatis quam nominatis, procul et prope, ad dictas terras et aduocationem ecclesie spectantibus seu quoquo modo spectare valentibus in futuro . Adeo libere et quiete plenarie integre honorifice bene et in pace in omnibus et per omnia, sicut dictus Archibaldus aut predecessores sui, dictas terras et aduocationem ecclesie cum pertinentiis, de domino nostro Rege ante dictam resignacionem nobis factam liberius quociens plenius aut honorificencius tenuit seu possedit tenuerunt seu possederunt . Faciendo domino nostro Regi et heredibus suis, dictus Walterus heredes sui et assignati de dictis terris et aduocatione ecclesie predicte cum pertinentiis seruicia debita et consueta . In cuius Rei testimonium presenti carte nostre, Sigillum officii

nostri apponi precepimus . Testibus Reuerendo in Christo patre Gilberto Episcopo Aberdonensi, Cancellario Scocie . Carissimo filio nostro Johanne Senescalli domino de Buchane, Patricio comite de Strathern, Johanne Senescalli de Lorn, Waltero Senescalli de Ralistoun, militibus, consanguineis nostris, Roberto de Ross, Thoma de Brisbane, Thoma de Carnotho, et Johanne de Spens . Apud Perth vicessimo secundo die mensis Septembris . Anno domini millesimo quadringentesimo nono . Et gubernacionis nostre anno quarto .

Carta de Eglysjohn confecta per Johannem Erskyn militem .

XII. **O**mnibus Christi fidelibus ad quorum noticiam presentes litere peruenierint . Johannes de Erskyn miles dominus de Don Salutem in Domino . Nouerit Vniuersitos vestra quod quia concepimus quod progenitores mei vendicauerunt quod Episcopus Brechinensis et homines sui commorantes in terris episcopi de Eglysjhone infra baroniam et dominium meum de Don infra vicecomitatum de Forfar, ad sectam curie de Don faciendam ac ad seruicia debita et consueta tenebantur, et ad hec facienda compellebant ipsos et amerciabant et superioritatem se habere clamabant . Ego vero consilia seruicia michi deberi ab Episcopo et incolis suis de Eglysjhone et superioritatem vendicaui . Quia tamen dominus bone memorie progenitor meus dominus Thomas de Erskyn omnia huiusmodi sectas et seruicia annum redditum auenarum et quecumque alia fieri consueta per ipsos episcopos vel homines ipsius deuocione motus Episcopo Brechinensi et successoribus suis in vita sua remisit et condonauit ac quieteclamauit pro se et heredibus suis et assignatis . Pro qua remissione et condonacione Episcopus qui pro tempore fuerit debebat facere annuatim celebrare anniuersarium bone memorie dominorum Roberti de Erskyn aui mei ac Thome de Erskyn patris mei

semel in anno in ecclesia cathedrali de Brechyn per capellanos chori, dicendo solempniter in vesperis Placebo et Dirige, et in crastino vnam missam de Requiem solempnem, quibus capellanis Episcopus dari faceret de firmis terrarum suarum de Eglysjohnne termini Sancti Martini decem solidos monete Scocie . Ego vero eadem deuocione motus ob reuerentiam Sancte Trinitatis et ut memoria progenitorum meorum predictorum anno quolibet recenter habeatur . Ob eam affectionem quam habeo ad reuerendum in Christo patrem dominum Walterum Dei gracia nunc Episcopum Brechinensem quitum clamo condono et renuncio predicto domino Episcopo et successoribus suis imperpetuum pro me et heredibus meis assignatis et omnibus causam a nobis habentibus omnem seruitutem pretensam sectam suam et hominum suorum, annum redditum auenarum antiquitus debitarum et omnia alia seruicia debita et consueta . Et ipsas terras de Eglysjhone cum omnibus suis pertinentiis et libertatibus in pascuis et pasturis in moris et maresiis et omnibus aliis aysiamentis quibus uti consueuerunt husbandi earundem quibuscumque temporibus retroactis ipsi episcopo et successoribus suis libere concedo et quatenus possum pro me et heredibus meis et assignatis do et ecclesie de Brechyn mortifico, nichil michi vel heredibus meis reseruando preterquam pias preces et oraciones domini Episcopi et memoriam anniuersarii parentum meorum faciendam singulis annis ut predicatur per capellanos chori Brechinensis, Quibus dominus Episcopus et successores sui qui pro tempore fuerint dabunt annuatim de firmis suis termini Sancti Martini de eisdem terris decem solidos monete currentis prout superius est expressum . In cuius Rei testimonium presentibus Sigillum meum est appensum scilicet et concessum apud Brechyn in ecclesia cathedrali eiusdem nono die mensis Nouembris . Anno gracia millesimo cccc<sup>mo</sup>. nono . Testibus venerabilibus viris dominis Cuthberto, Decano . Gilberto Brovne, cantore . Magistro Dauid de Idvy, Archi-

diacono · Johanne Lyel, thesaurario ecclesie Brechynensis · Nobili viro Alexandro de Ogilvy, Vicecomite de Angus · Gilberto de Carnegy · et Johanne Brekebell, capellano notario publico et multis aliis ·

Carta Johannis Conan de Tempul Kethyk ·

XIII. **U**niuersis Sancte Matris ecclesie filiis, ad quos presentes litere peruenierint, Frater Alexander de Lychton miles ordinis Sancti Johannis Jerusalomitanensis Prior de Torfychn Salutem in Domino · Noueritis nos, pensata vtilitate domus nostre de Torfychn predictæ, matura eciam deliberacione super hoc prehabita, dedisse concessisse et per presentes nostras literas confirmasse nobili viro Johanni de Conan juniore tenementum seu toftum nostrum de Kethyk, cum quadam pecia terre de Dalgady predicto tenemento seu tofto annexa jacentia infra vicecomitatum de Forfar · Tenenda et habenda predicto Johanni heredibus suis et assignatis, de nobis et successoribus nostris, per omnes rectas metas suas et diuisas cum omnibus commoditatibus libertatibus et aysiamētis ad dictum tenementum seu toftum pertinentibus seu pertinere valentibus quomodolibet in futurum · Adeo libere quiete plenarie et honorifice bene et in pace sicut aliqua terra, tenementum, vel toftum, dicte Domus de Torfychn, per aliquem vassallum siue tenentem eiusdem, infra Regnum Scocie, liberius quociens plenius et honorificentius tenentur aut possidentur · Reddendo inde dictus Johannes heredes sui et assignati, nobis et successoribus nostris annuatim Sex solidos et octo denarios in festo decollacionis beati Johannis Baptiste apud Dundee · et faciendo vnam sectam tantum ibidem, quolibet anno ad curiam nostram capitalem pro omni alio seruicio seculari exactione questione onere seu demanda, que de dictis tenemento et terra cum pertinenciis exigi poterint seu requiri quoquomodo · In cuius Rei tes-



timonium Sigillum nostrum presentibus apponi fecimus apud Abbyr-  
brothoc vicesimo die mensis Januarii Anno Domini millesimo quadrin-  
gentesimo decimoquinto .

Preceptum Regis de annuis redditibus regis . Delyuerit be Jhon Lang-  
well .

- XIV. **J**acobus Dei gratia Rex Scotorum Ballinis ciuitatis Brechinensis Nec-  
non Dilectis nostris Alexandro Meldrum de Segy Roberto Litstar  
Petro Seras ciuibus dicte ciuitatis et Thome Monypenny ac eorum  
cuilibet coniunctim et diuisim Balliuis nostris in hac parte Salutem .  
Quia Nos in augmentationem diuini cultus ac in laudem et honorem  
Domini nostri Jhesu Cristi beatissimeque virginis Marie et omnium  
Sanctorum et pro salute animarum quondam nobilissimorum patris et  
matris nostrorum quorum animabus propitietur Deus necnon pro salute  
anime nostre Dedimus concessimus mortificauimus et pro nobis et succes-  
soribus nostris ad manum mortuam pro perpetuo confirmauimus Dilectis  
nostris chori ecclesie Cathedralis Brechinensis Capellanis summam tres-  
decim marcarum et octo denariorum vsualis monete regni nostri annua-  
tim leuandam et percipiendam de minutis siue paruis nostris annuis  
redditibus ciuitatis Brechinensis antedicte ad duos anni terminos con-  
suetos per equales portiones viz. De terris domini Johannis Chepman  
capellani inhabitatis per Willelmum Quhite duo s. viij. d. De terris  
dicti Johannis occupatis per Isobellam Potter decem solidos De le  
forkit akir et dimidietate orti occidentalis in manibus Richardi Linde-  
say existentibus viij. s. De terris magistri Dauid Gardin vi. s. De terris  
Johannis Dureward vj. s. De terris Laurencii Smyth xij. s. iiij.<sup>or</sup> d.  
De terris Johannis Guthre inter duas venellas xvj. s. viij. d. De terris  
Johannis Tendaill decem s. De terris Richardi Turing occupatis per

Jacobum Myr xiiij. s. viij. d. De terris prefati Richardi Turing occupatis per Jacobum Potter xv. s. De terris Jacobi Cutlar xiiij. s. iiij. d. De terris de le Fetheis super le Melehill xiiij. s. iiij. d. De terris capellanorum chori dicte ecclesie Cathedralis Brechinensis decem s. De terris de le Fetheis occupatis per Jacobum Potter xvj. s. De terris Roberti Thowlace xiiij. s. iiij. d. De terris Johannis Guthre occupatis per Matildam Cabell vj. s. viij. d. De terris quondam Johannis Saidlar unus d. De terris Malcolmi Tib unus d. De terris domini Johannis Walcar capellani duo d. Jacentibus infra ciuitatem predictam prout in carta nostra mortificationis dictis capellanis et eorum successoribus desuper confecta plenius continetur . Vobis precipimus et mandamus quatenus dicte Ecclesie Cathedralis Brechinensis capellanis vel suis certis actornatis latoribus presentium sasinam omnium et singulorum predictorum annuorum reddituum cum pertinenciis secundum tenorem carte nostre quam de nobis inde habent . Juste huiusmodi faciatis et sine dilatione et hoc nullomodo omittatis . Ad quod faciendum vobis et vestrum cuiuslibet coniunctim et diuisim balliuis nostris in hac parte committimus potestatem . Datum sub testimonio Magni Sigilli nostri Apud Brechin Octauo die mensis Augusti Anno Regni nostri vicesimo-primo .

Capellania de Brichty .

XV. **J**acobus Dei gratia Rex Scottorum . Omnibus probis hominibus totius Regni sui Clericis et Laicis Salutem . Sciatis nos quamdam Cartam carissimi consanguinei nostri Alexandri Lindesay Comitum de Crawford . . . intellixisse in hec verba . Omnibus hoc scriptum visuris vel audituris Alexander Lindesay Comes de Crawford Salutem in Domino sempiternam . Noueritis me pro salubri statu mei et Mariorie

sponse mee predilecte et liberorum nostrorum ac pro salubri statu Excellentissimi principis domini Jacobi Dei gratia Regis Scottorum illustris et domine Johannete Regine eiusdem ac liberorum suorum dum vixerimus et vixerint ac pro salute anime mee et ipsorum cum ab hac luce contigerit nos migrare . et pro salute animarum quondam patris mei et matris mee necnon et pro salute animarum omnium antecessorum et successorum nostrorum, et pro salute animarum eorum quibus deliquimus in hac vita et emendam condignam non fecimus . et pro salute animarum omnium defunctorum dedisse concessisse et hoc presenti scripto meo confirmasse Deo omnipotenti et beatissime virgini Marie, et beatis Georgio martiri et Leonardo confessori, ac omnibus sanctis Dei, ac uni capellano diuina celebranti et imperpetuum celebraturo ad [altare beatorum] Georgii et Leonardi in ecclesia parochiali de Dundee Brechinensis diocesis pro salubri statu mei et dicte Mariorie sponse mee, ac liberorum nostrorum et pro salubri statu dictorum domini Regis et Regine ac liberorum suorum et pro salute omnium animarum prenominatarum, duodecim marchas annui redditus annuatim leuandi et percipiendi ad manus dicti capellani qui pro tempore fuerit de terris meis de Westir Brichty iacentibus in baronia mea de Kynblathmounte infra vicecomitatum de Forfare . Tenendum et Habendum predictum annum redditum duodecim marcharum cum pertinenciis dicto capellano qui pro tempore fuerit imperpetuum in puram et perpetuam elemosinam libere, . . . cum omnibus et singulis libertatibus . . . ad dictum annum redditum spectantibus . . . et adeo libere, sicut aliquis Comes vel Baro totius Regni Scotie aliquam elemosinam alicui capellano liberius . . . concedere poterit . seu donare . Volo etiam . . . quod dictus capellanus . . . omni die feriali intersit vni misse pro defunctis ad dictum altare, cum nota celebrande, cum aliis capellanis per antecessores meos ibidem fundatis, et quod ipse predictam missam cum nota celebret quotiens

inter alios sibi recto cursu incumbit ac etiam quod ipse capellanus diebus dominicis et festiuis intersit omnibus horis diuinis in dicta ecclesia cum nota psallendis et celebrandis cum ceteris capellanis dicte ecclesie presto ibidem coadiuturis . Et quod ipse capellanus ad dictum altare residentiam faciat continuam et personalem . quam si non fecerit, volo et ordino quod quadraginta diebus elapsis predicta capellania sit priuatus . Insuper volo et per presentes ordino quod si forte contigerit dictum capellanum quodcumque aliud beneficium ecclesiasticum obtinere quam cito illud obtinuerit predicta capellania vacabit . Et quotienscumque vacauerit volo quod ipsius presentatio ad me et heredes meos pure pertineat imperpetuum . Et si forte contigerit me vel heredes meos quodcumque collegium infra dictam ecclesiam vel alibi ubi michi vel eis magis visum fuerit aptum fundare et dotare, volo quod dictus capellanus ad illud in omnibus astringatur et obligetur . Preterea volo et per presentes ordino quod si dictus capellanus qui pro tempore fuerit dictum annum redditum duodecim marcharum de dictis terris meis de Westirbrichty ex quocumque casu accidenti annuatim ut premittitur integre leuare non poterit, extunc licebit eidem sine licencia alicuius omnes et singulas terras meas infra dictum vicecomitatum de Forfare iacentes ubi sibi melius uisum fuerit distringere et namare quousque sibi de dicto annuo reddito annuatim plenarie et integre fuerit satisfactum . Subiciens me et heredes meos jurisdictioni et cohercioni domini Episcopi Brechinensis et eius officialium qui pro tempore fuerint ut ad sustentationem dicti capellani forma et effectum quibus premittitur per sententias suspensionis excommunicationis et interdicti me et heredes meos canonice valeat cohercere . In cuius Rei testimonium presenti scripto meo sigillum meum est appensum apud Dunde vicesimotercio die mensis Aprilis anno Domini millesimo quadringentesimo vicesimonono . Quamquidem cartam . . . imperpetuum confirmamus . In cuius Rei testi-

monium presenti carte nostre magnum sigillum nostrum apponi precepimus . Testibus reuerendo in Christo patre Johanne Episcopo Glasguensi cancellario nostro . Johanne Forestarii camerario . Waltero de Ogilvy thesaurario regni nostri militibus . Magistro Willelmo Foullys custode priuati sigilli nostri . et magistro Thoma de Myretoun decano Glasguensi apud Perth penultimo die Aprilis . Anno regni nostri vicesimo quarto .

Nicho<sup>9</sup> Heñci .

XVI. **P**ateat uniuersis per presentes me Nicholaum filium [Henrici] voluisse et concessisse velle ac concedere quod Reuerendus pater et dominus meus Johannes episcopus Brechinensis habeat et teneat pro libito sue voluntatis pro toto tempore vite sue omnes et singulas curias exitus earundem et eschaetas bondagia et alia quecumque seruicia solita fieri episcopo Brechinensi et ecclesie Item obligo me ad remouendam aquam a dicta terra sua et ecclesie et ut transeat antiqua via et consueta sine dampno et vastatione predictæ terre quoquomodo et hoc obligo me facere infra hinc et festum Sancti Johannis proximum futurum Item obligo me dare dicto domino meo Episcopo Brechinensi vel eius deputatis literam domini de Drom suo sigillo sigillatam continentem in effectu qualiter dictus dominus de Drom quitat et libere sursum dat omne clameum quod habet vel potest habere ad impediendum inhabitantes dictam terram de Straheyne ne vadant ad pascua consueta cum bestiis suis per vias consuetas . de quibus pascuis et via [nunc] est controversia inter dictos dominum de Drom et dictos inhabitantes et dictus dominus impedit et vexat per arrestationem bestiarum et alias dictos inhabitantes ne vadant ad pascua consueta quod impedimentum et vexationem tollam per literam dicti domini de Drom dandam dicto domino

meo episcopo ut dictum est infra festum pasche proximum futurum et hec [omnimodo] sine fraude et dolo adimplere domino meo episcopo vt predictum est oblige me non obstante assedatione michi facta dictarum terrarum de Straheyne per dictum dominum meum episcopum et hoc sub pena forisfacture assedationis michi facte . Datum apud Brechin sub sigillo meo presentibus venerabilibus viris dominis cantore et officiali dicte ecclesie Brechinensis Datum apud Brechyn quarto die Septembris anno etc. xxix° [1429] .

Obligatio capituli super factis comitis Atholie domini de Brechin et de Cortoquhy . ——— to ye byschope

XVII. [            ] Cristi fidelibus presentes litteras inspecturis vel audituris Johannes permissione diuina Episcopus Brechinensis decanus et capitulum eiusdem salutem in Domino . Sciatis nos unanimi consensu et assensu vtilitateque et honore ecclesie nostre prepensatis libere promississe et concessisse ac per presentes concedere et promittere pro nobis et successoribus nostris quod omnia et singula contenta in carta magnifici et potentis principis Walteri Regis filii Palatini de Stratherne Atholie et Cathanie comitis domini de Brechin et de Cortoquwhy de fundatione perpetua duorum capellanorum et sex puerorum in dicta ecclesia pro perpetuo diuina celebratorum obseruabimus ac integraliter obseruari faciemus in omnibus et per omnia ut in carta eiusdem principis de fundatione antedicta plenius continetur, et quia dictus princeps dictam nostram ecclesiam ad cultum diuinum augmentandum tam honorifice dotauit . Ideo propter hoc et alia seruicia diuina amplianda nobis a dicto principe collata, voluimus et consentiuimus ac per presentes districte obligamus nos et nostros successores Decanos et canonicos presentes et futuros ad firmam et perpetuam obseruationem

et continuationem sequentium in forma que sequitur . Primo quod propter multa nobis et nostra ecclesie a dicto principe collata ut prescribitur tenebimus et imperpetuum sustinebimus expensis nostris Decani et capituli vnum capellanum ydoneum missam cotidie celebrantem pro anima dicti principis animabusque genitoris sui et genetricis antecessorum suorum et successorum ad altare nostre Domine semper incipiendo in secundo pulsu ad matutinas omni tempore anni et semper de nostra Domina cum officio de die post missam, qui vero capellanus omnibus horis matutinis missis et vesperis sicut capellani canonicorum intererit ad diuina et habebit annuatim duodecim marcas monete pro tempore currentis per manus procuratoris dicte nostre ecclesie, presentatione vero dicti capellani dicto principi heredibus suis et suis successoribus quandocumque et quotienscumque contigerit inuacare tantummodo reseruata . Etiam in omnibus missis dicendis in nostra ecclesia per nostros capellanos aut canonicos fiet mentio expressa et perpetua ad orandum pro anima dicti principis . Et fient semel in anno viz. tempore sui obitus solempniter vigilie mortuorum et missa de crastino de requiem pro anima eius personaliter per episcopum cum totius capituli canonicis si presens fuerit, et in eius absentia per decanum, quo absente per notabiliorem canonicum dicte ecclesie . Et si dictus princeps in dicta ecclesia sepeliatur semper hora matutinarum usque ad claram diem et hora vesperum in hieme erit lampas ardens desuper tumbam suam, et tempore sue magne misse super dictam tumbam duo cerei ardentis imperpetuum, et ut dictum seruicium suum in carta sua et in presenti scripto expressatum firmiter perpetuetur volumus et consentimus quod expensis nostris Decani et capituli de superpelliciis et caputiis foderatis dictis sex pueris sufficienter et honeste prouideatur quamdiu in dicto seruicio permanserint . Insuper expensis nostris Decani et capituli sustentabitur illa domus per dictum principem dictis capellanis et pueris constructa

et ordinata pro mansione perpetua eisdem collata in edificatione tecti renouatione in utensilibus et domiciliis in omnibus et per omnia prout in carta dicti principis continetur . Etiam volumus quod unus predictorum duorum capellanorum ad hoc magis sufficiens habeat regimen scholarum de cantu ex parte Cantoris et alter regimen scholarum de grammatica ex parte Cancellarii cum omnibus et singulis foedis consuetudinibus et proficuis uniuersis dictis scolis pertinentibus seu pertinere valentibus in futurum in quibus dicti capellani laborabunt horis vacantibus a diuinis . Et ad hoc perimplendum ac firmiter et inuiolabiliter obseruandum Cantor et Cancellarius iam presentes nobis Decano et capitulo pro se et suis successoribus consentierunt, et sine reuocatione fideliter promiserunt, ut patet suis sigillis istis literis pendentibus . Item volumus et ordinamus pro nobis et nostris successoribus episcopis decanis et canonicis presentibus et futuris firmiter et imperpetuum obseruari quod expensis communitatis nostre decani et capituli in omnibus missis dicendis in nostra ecclesia pro anima Johannis episcopi antecessorum suorum et successorum et etiam die obitus sui vigilie mortuorum cum missa de requiem in crastino quod fiet in omnibus prout de missa dicti principis superius est expressum et hoc libere facimus pro anima dicti episcopi propter sustentationem vnus capellani ad celebrandam omni die vnā missam ad altare Sancte Crucis in dicta ecclesia que incipietur a primo pulsu ad magnam missam, et erit semper de Cruce cum officio de die post missam . Necnon propter augmentationem cultus diuini quam ipse episcopus suo tempore in dicta ecclesia fecit suis laboribus et expensis et ab aliis, dicte ecclesie fieri procurauit Etiam volumus pro nobis et nostris successoribus quod ante inceptionem magne misse pro dicto principe fiende faciemus pulsare campanas sicut pro vltimo pro magna missa consuetum est fieri . et quia locus quem dictus princeps dedit et assignauit ad domum construendam dictis presbiteris et pueris



ut patet per suam cartam consuevit sustinere lampadem ardentem in Naui ecclesie per totam hiemem tam de sero quam de mane . Ideo ad releuandum onus dictorum presbiterorum et puerorum volumus et pro nobis et successoribus nostris consentimus quod sustinebimus expensis nostris Decani et capituli dictam lampadem magnam et sufficientem ad bene illuminandam Nauem ecclesie continue ardentem a primo pulsu vesperum usque ignitegium quod dicitur Curefew et a primo pulsu ad matutinas de mane usque ad clarum diem et sic vtrobique per totam hiemem imperpetuum . Preterea nos dicti Episcopus Decanus et Capitulum pro nobis et nostris successoribus consentimus quod predicti quatuor capellani participent equaliter cum ceteris canonicorum vicariis eiusdem ecclesie in communibus et consuetis dicte ecclesie pro perpetuo annuatim . similiter sex pueri cum ceteris pueris in choro ministrantibus et ministraturis . Et si contingat nos aut successores nostros in dicto seruicio diuino ut predicatur continuando et sustentando in toto vel in parte viz. in predictis missis dicendis, in memoria perpetua pro dicto principe habenda, in omnibus missis dicendis, in cereis, lampadibus, obsequiis, aut aliquibus aliis seruiciis et obseruantis premissis in nostro defectu deficere quod absit, et dictum principem heredes suos aut suos successores predictos defectus Episcopo aut vicario generali dicti episcopi manifestare et reformationem ac correctionem ab eis postulare quibus non reformatis nec correctis per ipsos infra quadraginta dies proximo et immediate sequentes huiusmodi querelam sic ipsis factam volumus ac libere concedimus quod dictus princeps heredes sui et sui successores liberam et plenam habebunt potestatem dictum annum redditum et presentationem ecclesie de Cortowquhy unacum mansione dictorum capellanorum reuocandi et distringendi ita quod liceat sibi disponere dictum annum redditum et presentationem dicte ecclesie ac mansionem antedictam simili modo vel meliore in diuinis seruiciis ubi-

cumque sibi melius placuerit infra regnum Scotie sine impedimento reuocatione nostrum seu successorum nostrorum, nullo iuris remedio aut priuilegio speciali aut generali seu constitutione papali regali sinodali seu prouinciali in contrarium valituris sed simus ab omni iuris clamio dicti annui redditus presentationis ecclesie predictæ ac mansionis supra-dictæ exclusi et pro perpetuo penitus absoluti . Item volumus quod nostri successores Episcopi Decani et Canonici in receptione eorum iurent omnia predicta obseruare et tempore eorum, de nouo receptos facere hoc idem iurare . In cuius Rei testimonium sigilla nostra unacum sigillis Cantoris et Cancellarii presentibus sunt appensa apud Ciuitatem nostram de Brechin vicesimo die mensis Octobris anno Domini millesimo quadringentesimo vicesimo nono .

The Paipis confirmatioune upone the uniting off ye Kirk off Cortoquhie to ye Cath<sup>ll</sup>. Kirk off Brechine .

XVIII. **M**artinus Episcopus Seruus Seruorum Dei Ad perpetuam Rei memoriam . Ex debito pastoralis officii quo ecclesiarum omnium disponente Domino regimini presidemus ad ea que ecclesiarum ipsarum ac personarum ecclesiasticarum utilitates et commoda, ac diuini cultus augmentum respiciunt diligenter intendimus et que pro hiis prouide facta sint ut illabata persistant libenter cum a nobis petitur apostolico munimine roboramus . Sane pro parte dilectorum filiorum, Decani et capituli ecclesie Brechinen. nobis nuper exhibita petitio continebat quod olim dilectus filius Nobilis Vir Walterus Atholie et Cathanie comes singulari qua ipsi ecclesie et illius personis afficitur deuotione accensus ius patronatus parrochialis ecclesie loci de Cortowquhy Brechinen. diocesis ad eum ratione domini dicti loci legitime pertinens prefatis Decano et capitulo ad effectum ut ipsa parrochialis ecclesia ca-

pitulari mense eiusdem ecclesie Brechinen. incorporaretur annecteretur et uniretur sponte et libere in puram elimosinam concessit et donavit ac omni meliori modo quo potuit in eos transtulit quodque venerabilis frater noster Johannes Episcopus Brechinen. concessione donatione ac translatione huiusmodi peractis, dictam parrochiam ecclesiam cuius viginti cum omnibus iuribus et pertinenciis suis prefate mense *sic* cuius vigintiquinque librarum sterlingorum fructus redditus et prouentus ut iidem Decanus et Capitulum asserunt secundum communem estimationem ualorem annum non excedunt ex premissis et [aliis certis] tunc expressis causis auctoritate ordinaria incorporauit annexuit et uniuuit, ita quod cedente vel decedente Rectore ipsius parrochialis ecclesie liceret Decano et Capitulo prefatis corporalem possessionem illius auctoritate propria apprehendere et fructus redditus et prouentus huiusmodi in usus suos conuertere pro perpetuo vicario in eadem ecclesia parrochiali pro tempore instituendo portione congrua viz. decem librarum vsualis monete Regni Scotie de qua commode sustentari, Episcopalia iura soluere, et alia sibi incumbentia onera supportare valeat nichilominus reseruata, prout in literis autenticis Comitum et Episcopi necnon Capituli predictorum sigillis munitis quarum tenores de uerbo ad uerbum presentibus inseri fecimus plenius continetur. Quare pro parte Decani et Capituli predictorum nobis fuit humiliter supplicatum ut concessionem donationem translationem incorporationem annexionem et unionem prefatis ac aliis in dictis literis contentis robor apostolice confirmationis adijcere de benignitate apostolica dignaremur. Nos igitur huiusmodi supplicationibus inclinati, concessionem donationem translationem ac incorporationem annexionem et unionem prefatas necnon omnia et singula in dictis literis contenta rata habentes et grata illa auctoritate apostolica ex certa scientia tenore presentium confirmamus et approbamus ac presentis scripti patrocinio communimus Supplentes omnes defectus

si qui forsā interuenerint in eisdem . Tenores uero dictarum literarum tales sunt . Uniuersis Cristi fidelibus . . . [No. 32.] . Uniuersis Sancte Matris . . . [No. 35.] . Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre confirmationis approbationis communitationis et suppletionis infringere uel ei ausu temerario contraire . Siquis autem . . . Datum Rome apud Sanctos Apostolos vij. Idus Maij Pontificatus nostri Anno Tertio decimo .

Le

A. de dammiano

S. Carnezy

Ratificatio Papalis Carte Walteri Palatini de Strathern .

XIX. **M**artinus Episcopus Seruus Seruorum Dei . . . Ad ea per que ecclesiarum et personarum ecclesiasticarum in ipsis insistentium commoditatibus consulitur si diuine laudis incrementum respiciant libenter intendimus illisque quantum cum deo possumus ut illibata persistent apostolici muniminis adijcimus firmitatem, Exhibita siquidem nobis nuper pro parte uenerabilis fratris nostri Johannis Episcopi Brechinensis et dilectorum filiorum . Nobilis Viri Walteri Atholie et Cathanie Comitis necnon Decani et Capituli ecclesie Brechinensis petitio continebat quod olim dictus Comes [igne?] deuotionis accensus quam erga prefata gerebat prout gerit ecclesiam de bonis ratione sui domini ad ipsum legitime pertinentibus sue et progenitorum ac heredum et successorum suorum animarum saluti in celestibus thesaurare desiderans nonnullos annuos redditus fructus et prouentus ex bonis prefatis in dominio eiusdem Comitis loci de Cortowquhy Brechinensis diocesis consis[tentibus et in] certis terminis leuandos et percipiendos ac in augmentum diuini cultus in eadem ecclesia colendi diuidendos sub

certis modis conditionibus et ordinationibus adiectis tunc expressis pure simpliciter et propter deum donavit concessit et etiam assignavit, necnon quedam alia sua bona in defectum receptionis premissorum obligavit prout in Conuentione Episcopi necnon Decani et Capituli predictorum qui donationem concessionem et assignationem huiusmodi assumentes ad conseruationem cultus prefati et aliorum per dictum comitem circa premissa desideratorum se suosque successores canonicos et personas dicte ecclesie sponte et libere obligarunt literis desuper confectis eorum sigillis munitis quas in Cancellaria nostra diligenter inspicere et examinari quarumque tenores de uerbo ad uerbum in presentibus inseri fecimus plenius continetur . Quare pro parte Episcopi Comitis Decani et Capituli predictorum nobis fuit humiliter supplicatum ut pro subsistentia premissorum firmiori, donationi concessionem assignationem conditionibus obligationibus ceterisque in singulis literis huiusmodi contentis robor apostolice confirmationis adijcere ad istas de benignitate apostolica dignaremur . Nos igitur annuentes pium ipsius comitis desiderium irrefragabiliter obseruari huiusmodi supplicationibus inclinati concessionem assignationem conditiones obligationes omniaque alia et singula in dictis literis contenta et quęcumque indeseuta rata habentes et grata illa auctoritate apostolica ex certa scientia tenore presentium confirmamus et approbamus ac presentis scripti patrocinio communimus suppletes omnes defectus si qui forsā interuenerint in eisdem . Tenores uero dictarum literarum tales sunt . Omnibus hanc cartam visuris vel audituris Walterus Palatinus de Strathern . . . [No. 33.]

[The Papal Ratification is mutilated.]

Carta spectans capelle crucis in Montross .

XX. **O**mnibus hanc cartam visuris vel auditoris Johannes Ramsay burgenſis burgi de Montros salutem in Domino ſempiternam . Noueritis me non vi aut metu ductum nec errore lapſum ſed mea libera et ſpontanea voluntate, ac cum pleno et libero conſenſu et aſſenſu Jonete vxoris mee, vtilitate noſtra in omnibus conſiderata libere vendidiſſe, et titulo venditionis a nobis heredibus noſtris et ſucceſſoribus quibuſcumque pro perpetuo alienaſſe Magiſtro Thome Bell perpetuo vicario de Montros totas et integras meas duas terras cum pertinenciis jacentes in dicto burgo de Montros in vico qui dicitur le Murray ſtrete ex parte occidentali eiſdem vici inter terram Bartholomei Falconer ex parte australi ex una, et terram Henrici Webſtar ex parte boreali ex alia, pro quadam ſumma pecunie nobis per prefatum Magiſtrum Thomam in noſtra magna et vrgenti neceſſitate fideliter et integre perſoluta et in uſum noſtrum conuerſa, De qua ſumma fatemur nos bene contentos et plenarie ſatisfactos ac prefatum Magiſtrum Thomam heredes ſuos ex-ecutores et assignatos quitos clamamus de eadem imperpetuum per preſentes . Tenendas et habendas totas et integras dictas terras cum pertinenciis dicto Magiſtro Thome et ſuis assignatis a me et dicta ſponſa mea et heredibus noſtris ac ſucceſſoribus quibuſcumque in feodo et hereditate imperpetuum per omnes rectas metas ſuas antiquas et diuiſas cum omnibus et ſingulis libertatibus commoditatibus et aſiamentis ac iuſtis ſuis pertinenciis quibuſcumque tam in fronte quam in cauda tam in longitudine quam in latitudine tam non nominatis quam nominatis ſubtus terram et ſupra, ad dictas terras cum pertinenciis ſpectantibus ſeu iuſte ſpectare valentibus quomodolibet in futurum, adeo libere quiete plenarie integre et honorifice bene et in pace in omnibus et per-

omnia sicut ego dictus Johannes aut dicta sponsa mea et aliquis predecessorum nostrorum prenominatas terras cum pertinentiis aliquo tempore retroacto liberius quietius plenius integrius et honorificentius tenuimus seu possedimus tenuit seu possedit sine aliquo retinemento vel reuocatione imperpetuum, Ita quod nec ego dictus Johannes seu dicta sponsa mea nec heredes nostri nec aliquis nomine nostro jus vel clameum possessionem vel proprietatem in predictis terris cum pertinentiis aut in aliqua parte earundem titulo quocumque vel scripto seu juris remedio valeat aut valeant vindicare quomodolibet in futurum, sed ab omni juris titulo tam petitorio quam possessorio dictarum terrarum cum pertinentiis simus decreto penitus exclusi et imperpetuum absoluti per presentes . Reddendo inde domino nostro Regi firmam regiam debitam et consuetam . Et ego vero dictus Johannes heredes mei et successores predictas terras cum pertinentiis, ac earum venditionem et alienationem in omnibus et per omnia forma pariter et effectu vt prescriptum est, prefato Magistro Thome et suis assignatis sub ypotheca omnium bonorum nostrorum mobilium et immobilium presentium et futurorum contra omnes homines et feminas warantizabimus acquietabimus et imperpetuum defendemus . In quorum fidem et testimonium omnium et singulorum premissorum sigillum meum presenti carte est appensum apud Montros decimo die mensis Julii anno Domini millesimo quadringentesimo tricesimo, Et in euidentiis testimonium premissorum ego dictus Johannes et sponsa mea predicta, quia ipsa sigillum proprium non habuit, sigillum commune dicti burgi de Montros, vnanimi consensu et assensu coram testibus infrascriptis presentibus cum instantia apponi procurauimus presentibus Alexandro Cant, preposito dicti burgi, Dauid de Foularton, Alexandro Lindesay, Thoma Lam, Dauid Rukby, ac dominis Thoma de Carnys, Willelmo Broge, Andrea de Kynnel, Johanne de Barry, Johanne de Dunbar, Rogero Marschale, et Johanne de

Inche, presbiteris, Alexandro Feriar, Johanne Farquhar, Johanne de Fordoun et Willelmo Johannis cum multis aliis .

Carta confirmationis Jacobi Regis carte Thome Bell .

XXI. **J**acobus Dei gratia Rex Scotorum . . . Sciatis nos quamdam cartam Thome Bel ecclesiarum Aberdonensis et Brechinensis canonici licentiati in decretis ac perpetui vicarii ecclesie parochialis de Montrose . . . ad plenum intellexisse in hunc modum Omnibus hanc cartam visuris vel audituris Thomas Bel ecclesiarum Aberdonensis et Brechinensis canonicus licentiatus in decretis ac perpetuus vicarius ecclesie parochialis de Montrose salutem in domino sempiternam Noueritis me ad gloriam et laudem omnipotentis Dei beate Marie virginis matris eiusdem et sancte crucis et omnium celestis curie sanctorum cum consensu et assensu reuerendi in Christo patris domini Johannis miseratione diuina Episcopi Brechinensis et capituli eiusdem dedisse . . . Deo beate Marie virgini sancte cruci et omnibus sanctis supradictis ac uni capellano in capella sancte crucis ville de Monrose diuina celebranti et imperpetuum celebraturo pro celebri et statu prospero excellentissimi et serenissimi principis et domini mei metuendissimi domini Jacobi diuina fauente clementia Scotorum regis illustris Johanne regine moderne antecessorum et successorum suorum ac pro salubri et prospero statu reuerendi in Christo patris Episcopi Brechinensis predicti et suorum successorum qui pro tempore fuerint et pro salute animarum eorundem cum eos ab hac luce migrare contigerit necnon pro salute anime mee animarumque patris mei et matris mee fratrum et sororum ac antecessorum et successorum meorum et omnium fidelium defunctorum totas et integras terras meas et annuos redditus subscriptos cum pertinentiis jacentes infra burgum de Monrosse videlicet quoddam meum totum tenementum cum pertinentiis



continens unam perticatam cum tribus quarteriis jacens in le Murray strete ex parte occidentali eiusdem inter terram Walteri Wyly ad boream ex parte una et terram Thome de Armyddil ad austrum ex parte altera ac unam meam perticatam terre cum pertinenciis iacentem in vico predicto ex parte occidentali eiusdem inter terram heredum quondam Johannis Wili ad boream ex parte una et terram heredum quondam Roberti Skal ad austrum ex parte altera necnon aliam meam perticatam terre cum pertinenciis jacentem in eodem vico ex parte occidentali eiusdem inter terram Johannis filii Roberti ex parte boreali ex una et terram Andree Paniter ad austrum ex altera Insuper annuos redditus infrascriptos viz. viginti solidos usualis monete Scotie annuatim ad terminos usualis Pentecostes et Sancti Martini in yeme proportionaliter leuandos et percipiendos de terra Daud de Camera jacente in le Murray strete predicto ex parte occidentali eiusdem inter terram Gilberti Achloch ad boream ex parte una et terram Johannis de Petcarn ad austrum ex altera aliosque viginti solidos annuatim ad terminos prescriptos leuandos et proportionaliter percipiendos de terra dicti Gilberti Achloch jacente in vico predicto ex parte occidentali eiusdem inter terram Henrici Webstar ad boream ex una et terram dicti Daud de Camera ad austrum ex altera Tenendas et habendas totas prenomi-  
natas terras et annuos redditus predictos cum pertinenciis dicto capellano et eius successoribus . . . a me et heredibus meis in puram et perpetuam elimosinam . . . adeo libere . . . sicut aliquæ terre vel annui redditus in puram et perpetuam elimosinam . . . alicui capellano melius liberius dantur . . . sine aliquo retinemento vel reuocatione imperpetuum . Volo insuper et per presentes ordino et dispono quod post meum decessum quotiens et quandocumque dictam capellaniam vacare contigerit quod dominus episcopus Brechinensis qui pro tempore fuerit vel eius vicarius generalis sede vacante capellanum ydoneum ad

dictam capellaniam debite presentet et in eandem canonice instituat et inducat . Preterea volo et ordino et dispono quod nullus preterquam sacerdos qui curam animarum non habeat nec presbyter parochialis existat ad dictam capellaniam aliquo modo presentetur . Et si prouisio vel institutio huiusmodi facta fuerit, cassa, nulla, inanis et vacua fiat ipso iure . Volo etiam quod dictus capellanus ad continuam et personalem residentiam in capellania predicta teneatur . Et si aliquis huiusmodi capellanus sic institutus ad beneficium curatum promoueatur eo ipso capellania predicta penitus sit priuatus . Et quod dictus capellanus cotidie cum dispositus fuerit in dicta capella sancte crucis diuina celebret, uno die in ebdomada precise excepto, quo die in capella Sancti Johannis baptiste prope Montrose pro animabus fundatorum dicte capelle diuina celebrabit, ac placebo et dirige cum commendatione animarum exceptis diebus priuilegiatis pro animabus omnium defunctorum fidelium cotidie dicat necnon magne misse vesperis et matutinis in habitu congruo et decenti in ecclesia parochiali de Montrose diebus festiuis celebrandis et cantandis personaliter interessendo . Et ego vero prefatus Thomas totas predictas terras et annuos redditus prenotatos . . . predicto capellano et suis successoribus . . . warrantizabo . . . In cuius rei testimonium sigillum meum presenti carte est appensum apud Montrose vicesimo die mensis Junii anno Domini millesimo quadringentesimo tricesimo primo Et ad maiorem rei euidenciam sigillum commune burgi de Montrose predicti presentibus cum instantia apponi procurauimus coram hiis testibus Patricio Berclay tunc temporis prepositi burgi predicti Willelmo Colini et Johanne Nuddre balliuis Johanne Fauconare Dauid Paniter Johanne de Stratoun Dauid Rukby Waltero Alani Johanne Stephani Willelmo Seras Alexandro Feriar et Dauid de Camera burgensibus dicti burgi ac dominis Andrea de Kynnel tunc capellano parochiali dicti burgi Rogero Marschale et Willelmo Brog presbyteris

cum multis aliis . Quamquidem cartam . . . pro nobis et successoribus nostris ad mortuam manum imperpetuum confirmamus saluis nobis et successoribus nostris orationum suffragiis deuotarum In cuius rei testimonium presenti carte nostre magnum sigillum nostrum apponi precepimus Testibus reuerendo in Christo patre Johanne episcopo Glasguensi cancellario nostro Johanne Forestarii camerario nostro Waltero de Ogilvy magistro hospitii nostri militibus et magistro Willelmo Foulis preposito de Bothuile custode priuati sigilli nostri apud Perth decimo octauo die mensis Augusti anno regni nostri vicesimo sexto .

The Bischope and Channounis Mortification off ye Rud Cheplanrie ordaining yarby the Viccar of Montross for ye tyme to ye Cheplanrie yrof . xxvj s. 8 d.

Tempillhill off Kethik for 2 merks to ye hospitall (?)

XXII. **U**niuersis Sancte Matris ecclesie filiis ad quorum notitiam presentes litere peruenerint Salutem in eo qui est omnium vera Salus . Noueritis nos Johannem miseratione diuina Episcopum Brechinensem cum consilio et assensu capituli nostri ad hoc specialiter conuocati, in quo presentes erant, Magister Gilbertus Decanus, Dominus Gilbertus Cantor, Magister Gofridus Cancellarius, Dominus Johannes Lyell Thesaurarius, cum diuersis aliis canonicis capellaniam fundatam in capella Sancte Crucis de Montross per discretum virum Magistrum Thomam Bell officialem nostrum ac vicarium perpetuum eiusdem ville de Montross ratificasse approbasse et confirmasse necnon ratificare approbare et confirmare dictamque fundationem et capellaniam in omnibus suis donationibus et libertatibus ratam et gratam pro nobis et successoribus nostris habuisse et imperpetuum habitas et habituras . Et ut per capellanum dicte capellanie fundate in dicta capella Sancte Crucis de Montross

Deo et Sancte Cruci in cuius honore dicta capellania est fundata liberius et plenius ad augmentum diuini cultus seruiatur, capellam Sancti Johannis Baptiste prope Montross dicte capellanie uniuimus anneximus incorporauimus necnon unimus annectimus et per presentes incorporamus saluo illo quod capellanus dicte capellanie qui pro tempore fuerit unam missam in capella predicta Sancti Johannis in qualibet septimana non in die festo per se vel alium ydoneum celebret, seu celebrare faciat, de Sancto Johanne pro animabus fundatorum dicte capelle animabus omnium fidelium defunctorum necnon antecessorum et successorum nostrorum saluo etiam quod predictus capellanus qui pro tempore fuerit predictam capellam Sancti Johannis in omnibus necessariis tam infra quam extra totiens quotiens opus fuerit pro cultu diuino ibidem perpetuo obseruando competenter reformabit et manutenebit . Et cum perpetuus vicarius parochialis ecclesie de Montross qui pro tempore fuit et fuerit unum Capellanum celebrantem diuina omni die habere tenebatur et tenetur in dicta capella Sancte Crucis Volumus et ordinamus cum assensu totius capituli nostri ut presens et vicarii pro se suisque successoribus pro nobis etiam et nostris successoribus quod capellano dicte capellanie qui pro tempore fuerit Vicarius dicte ville de Montross qui pro tempore fuerit tenebitur soluere et soluet annuatim duas marcas usualis monete Scotie pro tempore currentis proportionaliter ad duos anni terminos viz. Pentecostes et Sancti Martini in yeme donec et quousque per nos uel successores nostros predictum vicarium qui pro tempore fuerit aut aliquem successorum suorum dicta capellania de duabus marcis in redditibus sufficientibus plenarie et pacifice fuerint infeodata et possessa Volumus etiam et ordinamus cum consensu totius capituli nostri et dicti vicarii pro nobis et successoribus nostris predicto vicario suisque successoribus quod dicta capellania in predicta fundatione quo ad omnia supradicta in sufficiente sustentatione pro capellano

qui pro tempore fuerit permanente Vicarius qui pro tempore fuerit capellanus alium in dicta capella Sancte Crucis ab illo sic fundato t[en]ere minime teneatur . Quod si dictus capellanus qui pro tempore fuerit ex guerre casu fortuito vel quocumque alio impedimento ex predicta fundatione sufficientem et congruam sustentationem non habuerit quod vicarius qui pro tempore fuerit de oblationibus dicte capelle Sancte Crucis predicto capellano pro tempore existenti us[que] ad congruam sustentationem tenebitur supplere et adimplere . Collatione vero dicte capellanie nobis et nostris successoribus perpetuis temporibus pleno jure reseruata . In quorum omnium et singulorum premissorum testimonium Sigillum nostrum magnum presentibus est appensum unacum sigillo communi nostri capituli et sigillo dicti vicarii apud ciuitatem nostram Brechin decima die mensis Martii Anno Domini millesimo quadringentesimo tricesimo secundo .

Presentatio unius Capellani per communitatem de Monross perpetuo decanturi pro animabus Helisci et Thome Faucuner filii eius qui dederunt communitati perticatam ad sustentandum ipsius cappellanum .

XXIII. **R**euerendo in Christo patri ac domino suo domino Johanni miseratione diuina Episcopi Brechinensi Sui humiles et deuoti filii Dauid Rukby prepositus et communitas Burgi de Monross Seipsos cum omnimoda reuerentia et honore debitis tanto patri, suamque benedictionem humiliter implorando . Reuerende pater et domine Discreto viro domino Henrico Falconar capellano latori presentium viro bone fame ac laudabilis conuersationis et honeste pro animabus Helisci Falconer Thome Falconer et omnium fidelium defunctorum ad altare Sancte Trinitatis in ecclesia parochiali de Monross vestre diocesis celebraturo . Et in choro eiusdem ad Dei seruicium decantandum totiens quotiens opus

fuerit continue accessuro decem marcas annuatim pro tempore vite sue concedimus per presentes quas sibi noster prepositus qui pro tempore fuerit de terris domini de Aldmonrose persolui faciet vel persoluet sine fraude, Quem paternitati vestre reuerende presentamus per presentes, vos humiliter et deuote exorantes quatenus predictum dominum Henricum sic per nos presentatum ad predictum seruicium amicabiliter et gratiose admittere digneris intuitu caritatis . In cuius concessionis nostre testimonium huic presenti scripto nostro sigillum commune burgi nostri antedicti est appensum Apud Monrose xij. die mensis Julii anno Domini millesimo quadringentesimo tricesimo quarto .

Actum Capituli Brechinensis de solutione pro cappis .

XXIV. **I**n nomine Domini Amen . Per hoc presens publicum instrumentum cunctis pateat euidenter quod anno Incarnationis Dominice millesimo quadringentesimo tricesimo quinto mensis vero Augusti die duodecima indictione decima tertia pontificatus sanctissimi in Christo patris et Domini nostri domini Eugenii diuina prouidentia pape quarti anno quinto . In mei notarii publici et testium infrascriptorum presentia reuerendus in Christo pater dominus Johannes miseratione diuina episcopus Brechinensis necnon venerabiles et circumspecti magistri magister Cuthbertus decanus ecclesie Brechinensis et dominus Gilbertus precentor ac alii canonici et prebendarii ecclesie predicte in domo capitulari eiusdem personaliter conuenerunt . Quiquidem decanus asseruit se ex ordinatione Capituli Brechinensis uniuersos et singulos canonicos dicte ecclesie cathedralis Brechinensis singillatim in suis stallis per quadraginta dies ab ante legitime citasse ad comparandum capitulo predicto ad duodecimum diem Augusti prenotatum ad auisandum deliberandum concludendum et statuendum super certis materiis honorem commodum

et utilitatem dicte ecclesie cathedralis concernentibus et specialiter super materia hic inferius inserta . Cui vero assertioni tam dictus reuerendus pater quam etiam alii canonici etiam et dominus Johannes Steile notarius publicus testimonium perhibuerunt . Quo facto prefatus dominus decanus ad hostium capituli predicti personaliter accessit ibidemque universos et singulos canonicos et prebendarios ecclesie predicte singillatim et nominatim repetitis vicibus ut moris est per quemdam capellanum fecit convocari . Quibus conuocatis et comparentibus protunc presentibus prefatus reuerendus pater diuersa puncta proposuit, et inter alia qualiter ecclesia cathedralis predicta communitas et capitulum existunt paupertate grauata necnon vestimentis ecclesiasticis ac ceteris ornamentis ad decorem et necessitatem dicte ecclesie requisitis penitus destituta . Ideo omnes predicti volentes prefatis defectibus remedium proponere oportunum, Unanimi consensu et assensu matura deliberatione precedente deliberarunt concluderunt et ad perpetuam rei memoriam concorditer statuerunt quod pro vestimentis et ornamentis in dicta ecclesia emendis et renouandis, Quilibet episcopus in suo nouo introitu ac decanus et singuli canonici pari forma de primis fructibus suorum beneficiorum soluerent modo et forma ut subsequitur et de hoc ante suam receptionem a capitulo darent bonam securitatem et manibus decani vel maioris de capitulo in sua absentia cautionem prestarent juratoriam . Et primo Episcopus quia prebendarius de Brechine soluet decem marcas monete currentis pro tempore pro cappa sue prebende predicte . Item Decanus, Precentor, Archidiaconus, Wicarius, Lethnot, Glenberwy, quilibet quinque marcas . Et omnes alie dignitates et prebende quelibet quadraginta solidos . De et super quibus omnibus et singulis prefatus reuerendus pater a me notario publico subscripto sibi fieri petiit publicum instrumentum vel instrumenta . Acta fuerunt hec in capitulo Brechinensi anno die mense indictione et

pontificatu quibus supra . Presentibus discretis viris domino Willelmo Herwart vicario de Fernuale Brechinensis diœcesis, Ricardo Dote vicario de Balhelui Aberdonensis diœcesis, et domino Patricio Nicholai presbitero ac notario publico, cum multis aliis testibus ad premissa vocatis pariter et rogatis . Et ad amplius testimonium dictus reuerendus pater suum sigillum autenticum et prefatum capitulum sigillum commune presentibus appendi fecerunt .

Et ego Johannes Ydile clericus Sanctiandree diœcesis publicus auctoritate imperiali notarius predictis assertioni conuocationi deliberationi conclusioni et statuto ceterisque premissis omnibus et singulis dum sic ut premittitur agerentur dicerentur et fierent unacum prenominitis testibus presens interfui . Eaque sic fieri vidi et audiui et in notam recepi, ex qua hoc presens publicum instrumentum aliena manu scriptum, me hic propria manu subscribendo extraxi, idque signo et nomine meis solitis et consuetis signaui, rogatus et requisitus in testimonium veritatis omnium premissorum .

Actum capituli de unione capelle beate Marie Magdalene .

XXV. **I**n Dei nomine Amen . Anno Incarnationis Dominice millesimo quadringentesimo tricesimo quinto mensis vero Augusti die duodecima . Indictione decima tertia pontificatus . . . domini Eugenii . . . Pape quarti anno quinto . In mei notarii . . . presentia reuerendus in Christo pater et dominus Johannes . . . episcopus Brechinensis . Nec non venerabiles et circumspecti viri magister Cuthbertus decanus ecclesie Brechinensis et dominus Gilbertus precentor ac alii canonici et prebendarii ecclesie predictæ in domo capitulari eiusdem conuenerunt . Quiquidem decanus asseruit se ex ordinatione capituli Brechinensis universos et singulos canonicos . . . singillatim in suis stallis per quadraginta



dies ab ante legitime citasse ad comparendum in capitulo predicto ad duodecimum diem Augusti prenotatum ad auisandum deliberandum formaliter concludendum et statuendum super certis materiis honorem commodum et utilitatem dicte ecclesie cathedralis concernentibus, et specialiter super una materia hic inferius inserta, cui vero assertioni ipsius decani tam dictus reuerendus pater quam etiam alii canonici ecclesie predicte ac Johannes Steyl notarius publicus testimonium perhibuerunt . Quo facto prefatus dominus decanus ad hostium capituli predicti personaliter accessit, ibidemque universos et singulos canonicos et prebendarios ecclesie predicte singillatam et nominatim repetitis vicibus ut moris est per quemdam capellanum fecit conuocari quibus conuocatis et comparentibus pro tunc presentibus prefatus reuerendus pater diuersa puncta proposuit et inter alia qualiter pro bono et honore dicte ecclesie ampliando, et ad cultum diuinum in eadem augmentandum ex consilio et deliberatione fratrum suorum ad hoc specialiter conuocatorum obligauit se excellentissimo et magnifico principi domino Waltero Stewart comiti palatino de Stratherne et domino de Brechine ad fundandum in dicta ecclesia ad altare Sancte Crucis unum capellanum pro perpetuo celebraturum ibidem pro animabus predictorum episcopi et principis ac antecessorum et successorum eorundem secundum formam et tenorem carte exinde confecte . Qamquidem obligationem dictus episcopus ut prefertur ea intentione fecit, ad mouendum et inclinandum animum dicti principis sicut de facto fecit, ad fundandum collegium duorum capellano- rum et sex puerorum in ecclesia predicta inter quos et in domo ad hec ordinata predictus capellanus episcopi collocaretur et residentiam faceret, ac etiam ut caritatiue imperpetuum daret et concederet ad proprios usus dicti capituli ecclesiam de Cortoquhy cum suis fructibus et obuentionibus uniuersis prout fecit sicut per cartam exinde confectam clare constare poterit unicuique intuenti . Et quia dictus episcopus ut

dicebat nimium extitit grauatus propter magnas et diuersas reparationes tam super dicta ecclesia Brechinensi quam edificiis episcopalibus non potens dictum capellanum tam cito ut opus erat ex suis propriis fundare capellaniam beate Marie Magdalene de Arrot Brechinensis diocesis ad collationem prouisionem et omnimodam dispositionem episcopi Brechinensis qui pro tempore fuerit pleno jure spectantem, cuius capellam nouiter reedificauit prefato capellano in dicto seruicio pro perpetuo ministraturo unire annectere et incorporare animo proposuit et aduisauit, set quia fructus dicte capelle exigui et minuti erant nec ad sustentationem capellani sufficiebant, de decimis garbalibus villarum de Isakystoun et Chapeloun unam celdram farine dicto etiam seruicio adunire proposuit donec et quousque de quattuor marcis in redditibus per ipsum dominum episcopum aut suos successores dicto capellano in dicto seruicio pro tempore ministranti prouideretur, nec in hoc suos successores ut dicebat et sibi apparuit ullo modo grauauit, quia dictum seruicium non plus sibi quam eis attingebat set ad trahendum et instigandum dicti principis animum ad cultum diuinum in ecclesia cathedrali predicta augmentandum sine quo non fuisset ut asseruit factum . Ideo hoc erat commune et debitum et omnibus episcopis faciendum, quibus sic per prefatum reuerendum patrem publice coram canonicis in capitulo propositis matura et auisata deliberatione ac frequenti et diligenti tractatu super hoc prehabitis, domini de capitulo propositum concorditer laudarunt pariter et approbarunt . Ideo dictam capellaniam cum omnibus terris possessionibus fructibus et pertinentiis quibuscumque ac emolumentis ad dictam capellaniam de jure seu consuetudine spectantibus seu spectare debentibus, oblationibus et quotidianis elemosinis ad sustentationem capelle tam intra quam extra de consensu vicarii Brechinensis pro se et suis successoribus duntaxat exceptis cum etiam prefata summa victualium dictus reuerendus pater pro se et suis successori-

bus unanimi consensu et assensu pro perpetuo annectit et incorporat totius capituli ad hoc specialiter conuocati et matura deliberatione prehabita prefato capellano in dicto seruicio ministraturo modo quo supra aduniuit annexuit et incorporauit et per presentes adunit . Hac adiecta conditione quod semper episcopo qui pro tempore fuerit licebit dicta victualia redimere cum quatuor marcis in sufficientibus redditibus dicto capellano firmiter et secure assignatis . Qui capellanus annuatim pro perpetuo et semel in qualibet ebdomada die lune mercurii vel veneris feriata tamen in dicta capella missam pro animabus fundatorum dicte capelle antecessorum et successorum eorundem in honore Trinitatis beate Marie Virginis et beate Marie Magdalene in persona propria celebrabit vel expensis suis per alium celebrari faciet, si Episcopo decano et capitulo videatur hoc expediens et necessarium . Predicti etiam decanus et capitulum vinum et panem ad predictas missas ministrabunt, oblationes et elemosinas cotidianas dicte capelle recipient et seruabunt et pro reparationibus dicte capelle tam intra quam extra cum opus fuerit ministrabunt . Super quibus omnibus et singulis dominus Ricardus Dote capellanus dicte capelle a me notario . . . sibi fieri petiit publicum instrumentum Acta fuerunt hec in capitulo ecclesie cathedralis Brechinensis predictae, Anno . . . quibus supra . Presentibus dominis de capitulo supradictis, domino Willelmo Herwart vicario de Fernual Brechinensis diocesis et domino Patricio Nicholai notario publico cum multis aliis . . . Et ad amplius testimonium dictus reuerendus pater suum sigillum autenticum et prefatum capitulum sigillum commune presentibus appendi fecerunt in robur et firmitatem omnium prescriptorum .

Et ego Johannes Idill clericus Sanctiandree diocesis publicus auctoritate imperiali notarius . . .

Instrumentum Saisine de tenemento in burgo de Monross .

XXVI. **I**n Dei nomine . . . pateat euidenter quod anno Incarnationis Domini millesimo quadringentesimo tricesimo quinto mensis vero Nouembris die xiiij. Indictione xiiij<sup>a</sup> Pontificatus . . . Eugenii pape quarti anno quinto . In mei notarii publici et testium infrascriptorum presentia personaliter constituta Mergareta Scot filia et heres Walteri Scot quondam burgensis de Montross cum consensu et assensu mariti sui ibidem presentis unum tenementum cum pertinentiis quod fuit dicti quondam patris sui jacens in dicto burgo in vico castri ex parte boreali eiusdem inter terram Roberti filii Gilberti ad occidentem ex una et terram Agnetis de Camera ad orientem partibus ex altera, in manibus Andree Paniter et Johannis Nudry tunc dicti burgi balliuorum pure et simpliciter resignavit cum consensu et assensu Mariote de Leys matris sue que etiam tunc presens fuit et ibidem suum liberum tenementum dicte terre dicte Agneti filie sue (et) eius marito sursum reddidit et pro perpetuo resignavit preterea renuncians dicta Agnes omni juri quod sibi competere poterit de futuro, extollensque manus ad ecclesiam beati Petri nuncquam se dictum tenementum clamaturam iuramentum prestitit corporale precipiens que balliuis supradictis quod darent sasinam et statum hereditarium pro perpetuo Cuthberto Vyly heredibus suis et assignatis per terre et lapidis traditionem . Qui quidem balliui tenementi per terram et lapidem sibi prius presentata per dictos Agnetem et maritum suum de eorundem mandato ut moris est in burgo sasinam et statum hereditarium dicto Cuthberto heredibus suis et assignatis pro perpetuo tradiderunt secundum modum formam conditionem et contractum inter partes efficaciorum, saluo jure quolibet alieno . Super quibus omnibus et singulis dictus Cuthbertus a me notario publico sibi fieri petiit unum

vel plura publica instrumenta eiusdem tenoris . Acta fuerunt hec apud dictum burgum in anteriori domo Thome Roberti burgensis dicti burgi sub anno die mense et pontificatu et indictione quibus supra . Presentibus ibidem prouidis et discretis viris Alexandro Cānt, Daud de Camera, Alexandro Ferar, Johanne Scot, Philippo Angusie et Johanne Stephani burgensibus dicti burgi cum multis aliis ad premissa vocatis specialiter et rogatis .

Et ego Willelmus Cassy presbiter Brechinensis diœcesis publicus autoritate apostolica notarius . . .

Pensio de Lethnoth . Prima citatio .

XXVII. **I**n nomine Domini Amen . Anno Incarnationis Dominice millesimo quadringentesimo tricesimo quinto secundum cursum et computationem ecclesie Scoticane mensis Januarii die decima indictione decima quarta pontificatus . . . domini Eugenii . . . Pape quarti anno quinto . In mei notarii . . . presentia, perlecta fuit quedam litera citatoria a reuerendo in Christo patrē domino Johanne . . . episcopo Brechinensi, suo sigillo rotundo in cera rubea sigillata, contra et aduersus magistrum Daud Ogilvy canonicum Brechinensem et prebendarium de Lethnot emanata . Que sic incipit Johannes miseratione diuina Episcopus Brechinensis capellano parrochiali eiusdem ac vicario ecclesie parrochialis de Lethnot, Salutem cum benedictione diuina, Ex conuestione venerabilis viri domini Johannis Lyel thesaurarii nostre ecclesie ac procuratoris nostri et capituli eiusdem concepimus quod cum dicta ecclesia de Lethnot nobis et dicto capitulo nostro singulis annis in pensione annua viginti octo marcarum teneatur, que quidem summa iuxta assertionem prefati procuratoris per aliquos annos remansit retroactos insoluta, requisitione pro ipsius summe dicte solutione non obstante . Unde

dictus procurator de premissis sibi petiit humiliter prouideri de remedio oportuno Vobis igitur et vestrum cuilibet qui super executione presentium fueritis requisiti seu fuerit requisitus stricte precipiendo mandamus quatenus magistrum Daud de Ogilvy rectorem dicte ecclesie de Lethnot legitime citetis ac omnes alios et singulos quorum interest seu interesse poterit quod compareat seu compareant per se vel suos procuratores in ecclesia nostra cathedrali coram nobis seu commissariis nostris pluribus aut uno decimo die mensis Januarii proximo futuro hora causarum prefato procuratori super justitia responsurus seu responsuri et presentes debite executas latori earundem reddentes . Datum apud Brechin sub testimonio sigilli nostri rotundi decimo-octauo die mensis Decembris anno Domini millesimo quadringentesimo tricesimo-quinto . Et sic incipit inscriptio in uno latere marginis, Et ego Robertus de Mernys capellanus parochialis de Brechin feci executionem secundum tenorem istius litere in die Sancti Thome apostoli publice infra missarum sollempnia anni predicti, testibus Johanne Stephani Johanne Cabel Johanne Pantour cum pluribus aliis et domino Patricio Nicholai notario publico in dicta ecclesia ad altare Sancti Thome, teste hac scriptura manu propria cum sigillo proprio vicesimosecundo die mensis Decembris predicto anno, cum sigillo dicti Roberti ut dicitur in cera rubea . Et sic incipit subscriptio in alio latere marginis, Et Ego Donaldus Michaelis vicarius de Lethnot feci executionem istarum literarum secundum tenorem earundem in die Sancti Johannis ewangeliste proximo inde sequenti publice in ecclesia de Lethnot hora magne misse in presentia parrochianorum citando dictum rectorem et omnes interesse putantes habere ad diem prescriptum . testibus Johanne Andree Patricio Michaelis Alexandro Sterlyng et Johanne Archibald et aliis multis, teste signeto meo huic litere apposito apud Lethnot penultimo die eiusdem mensis Decembris cum signeto dicti Donaldi ut dicitur

in cera rubea . Qua litera perlecta cum prescriptis executionibus prefatus dominus episcopus fecit dictum magistrum Daud alias citatum ad comparandum ad certum terminum in dictis literis citatoriis expressum per preconem in valuis chori ecclesie cathedralis Brechinensis publice vocari ac alios secundum tenorem litere . Qui vero dictus magister Daud sic citatus et vocatus non comparuit nec per se nec per procuratorem nec alii . Idcirco prefatus dominus episcopus instante Magistro Roberto Hoprew substituto venerabilis viri domini Johannis Liel thesaurarii ecclesie cathedralis predictae ac procuratoris generalis episcopi et capituli Brechinensis prout de hoc dominus Patricius Nicholai notarius publicus fecit fidem ipsoque substituto sic instante et petente dictum Magistrum Daud omnesque alios sua interesse putantes sic citatum et citatos contumacem et contumaces denuntiari literasque oportunas contra ipsum Daud et omnes alios predictos fieri decreuit in forma . Super quibus omnibus et singulis dictus substitutus per me notarium publicum subscriptum sibi fieri petiit publicum instrumentum . Acta fuerunt hec in capitulo generali ecclesie Brechinensis anno die . . . quibus supra, presentibus venerabilibus viris, domino Johanne Knycht canonico Brechinensi et rectore de Funewyn, Willelmo Heslihope rectore de Cortochquhy, Alexandro Pantre vicario de Dunnychtyn et Johanne Gudfallow vicario de Glenberuy cum multis aliis testibus . . .

Et ego Johannes Ydill clericus Sanctiandree diœcesis . . . notarius . . .

Pensio de Lethnot . Secunda citatio .

XXVIII. **I**n nomine Domini Amen . Anno Incarnationis Dominice millesimo quadringentesimo tricesimo-quinto secundum cursum et computationem Ecclesie Scoticane mensis Februarii die prima indictione decima

quarta, Pontificatus . . . domini Eugenii . . . Pape quarti anno quinto . . . In mei notarii publici . . . presentia perlecta fuit quedam litera citatoria a reuerendo patre . . . Johanne . . . episcopo Brechinensi suo sigillo rotundo in cera rubea sigillata contra et aduersus magistrum Daud Ogilvy canonicum Brechinensem et prebendarium de Lethnot emanata . . . Que sic incipit, Johannes . . . Episcopus Brechinensis capellano parrochiali eiusdem et vicario ecclesie de Lethnot seu cuiusque alteri infra nostram diocesim diuina celebranti . . . Salutem . . . Quia alias magister Daud de Ogilvy rector ecclesie antedictæ nec non omnes alii et singuli interesse habentes de nostro mandato legitime citati ad comparendum coram nobis certis die et loco . . . per nos assignatis ad instantiam . . . procuratoris in hac parte nostra et capituli . . . responsuri super certa pensione annua viginti octo marcarum . . . de fructibus dicte ecclesie de Lethnot . . . quiquidem . . . citati non comparuerunt . . . vobis . . . mandamus quatenus magistrum Daud predictum et alios . . . citare curetis secundo, quod compareant . . . in ecclesia nostra cathedrali primo die Februarii proximo futuri hora causarum . . . Datum apud Brechin sub sigillo nostro rotundo x<sup>mo</sup> die Januarii anno domini millesimo quadringentesimo tricesimo quinto . . . [Sequuntur attestationes executoriales . . . Testibus apud ecclesiam de Lethnot; Parochia, et Johanne Andree, Liel Johannis, Patricio Michaelis, et Willelmo Nory, cum multis aliis . . . Testibus apud ecclesiam cathedralem Brechinensem; Johanne Mudy, Nicholao Kyd et Johanne Stephani cum pluribus aliis . . .] Qua litera perlecta cum prescriptis executionibus prefatus dominus episcopus fecit magistrum dictum Daud alias citatum ad comparendum ad certum terminum in dictis literis citatoriis expressum per preconem in valuis chori Ecclesie Brechinensis publice vocari ac alios secundum tenorem literæ . . . Qui vero dictus magister Daud sic citatus vocatusque non comparuit nec



per se nec per procuratorem nec alii . Idcirco dictus procurator dictorum citatorum in dicte citationis cedula contentorum non comparentium contumaciam accusavit eosque contumaces petiit reputari et in eorum contumacia ipsos iterum citari per literas dicti reuerendi patris tertio et peremptorie ad procedendum in causa huiusmodi prout fuerit rationis quam citationem dictus reuerendus pater concessit et eam ad undecimum diem mensis dicti peremptorie fieri voluit et mandauit . Et quia dictus procurator aliquos testes ad suam intentionem in huiusmodi causa probandam senes et valetudinarios de quorum morte ut dixit verisimiliter timebatur sibi esse necessarios asseruit quorum aliqui in iudicio presentes fuerunt videlz. venerabiles viri et domini Gilbertus Brown precentor Brechinensis et Galfridus cancellarius, quos per iudicem instanter citari petiit apud acta ac alios testes per ipsum procuratorem nominandos senes scilicet et valetudinarios in penam contumacie dicti magistri Daud et aliorum interesse huiusmodi et ne veritas occultaretur et copia probationis fortuitis casibus subtraheretur perhibitori fidele testimonium veritati in dicta causa per dictum reuerendum patrem legitime citari instanter postulauit . Unde iudex dictus ac reuerendus pater attendens huiusmodi petitionem dicti procuratoris esse iuri consonam testes tunc presentes dictos scilicet dominos Gilbertum et Galfridum viue vocis oraculo ad acta citauit et alios testes ac valetudinarios et precipue magistrum Cuthbertum decanum Brechinensem qui pro tunc graui infirmitate detinebatur et alios testes per dictum procuratorem nominandos per me scribam curie Patricium Nicholai notarium publicum citari decreuit et mandauit ad comparendum sub pena excommunicationis perhibitori fidele testimonium in dicta causa coram domino Roberto Wissart rectorem de Kukyston in hac parte dicti reuerendi patris substituto nono die mensis instantis Februarii . Super quibus omnibus et singulis dictus procurator per me notarium

publicum subscriptum sibi fieri petiit publicum instrumentum . Acta fuerunt hec in capitulo ecclesie Brechinensis anno die . . . quibus supra . Presentibus venerabilibus viris dominis Johanne Knycht canonico Brechinensi et rectore de Funewyn, Alexandro Thome vicario de Strucathrow et notario publico, Gilberto Nicholai vicario de Aufurde Aberdonensis diœcesis et Johanne Willelmi capellano cum multis aliis testibus . . .

Et ego Patricius Nicholai presbiter Brechinensis dyœcesis publicus autoritate imperiali notarius . . .

Pensio de Lethnoth . Tertia citatio .

XXIX. **I**n nomine Domini Amen . Anno Incarnationis Dominice millesimo quadringentesimo tricesimoquinto secundum cursum et computationem Ecclesie Scoticane mensis vero Februarii die vndecima, Indictione decimaquarta Pontificatus . . . Eugenii . . . Pape quarti anno quinto In mei notarii publici . . . coram reuerendo in Christo patre Johanne Episcopo Brechinensi in loco capitulari in iudicio sedente comparuit Magister Robertus de Hoprew procurator . . . dicti . . . Episcopi Brechinensis ac capituli eiusdem et quandam citationis cedula a dicto reuerendo patre emanatam ipsius sigillo rotundo sigillatam . . . produxit . . . tenor vero . . . talis est . Johannes . . . Episcopus Brechinensis capellano parrochiali eiusdem, et vicario ecclesie de Lethnot seu cuicunque alteri infra nostram diœcesim diuina celebranti, salutem . . . Quia iam bina vice Magister Daud de Ogilvy rector ecclesie antedictæ necnon omnes alii . . . de nostro mandato legitime citati ad comparendum coram nobis certis die et loco eisdem assignatis ad instantiam domini Johannis Liel thesaurarii nostre ecclesie . . . responsuri super certa pensione annua viginti octo marcarum nobis et capitulo nostro

antedicto de fructibus dicte ecclesie de Lethnot debita . Quequidem pensio . . . remansit insoluta . Quiquidem Magister Daud et alii . . . non comparuerunt . . . vobis nichilominus . . . mandamus quatenus dictum Magistrum Daud et alios . . . autoritate nostra citetis tertio ac peremptorie . . . coram nobis . . . in ecclesia nostra cathedrali Brechinensi undecimo die mensis instantis . . . Datum apud Brechin sub sigillo nostro rotundo primo die mensis Februarii añ. Dñi. millesimo quadringentesimo tricesimoquinto . Et sic incipit una executio in uno latere marginis Et ego Donaldus Michaelis vicarius de Lethnot feci executionem . . . publice in ecclesia de Lethnot hora misse parrochianorum in die purificationis nostre domine . . . testibus parrochia et Alexandro Stirlyng, Jak of Mames, Johanne Archibald, et Johanne Hugonis cum multis aliis . In signum cuius signetum meum est affixum apud Lethnot tertia die Februarii . . . Et sic incipit alia executio in latere marginis, Et ego Robertus de Mernys capellanus parochialis de Brechin feci executionem . . . publice in ecclesia de Brechin hora misse parrochianorum et in presentia eorum in dominico die post datum presentium . . . Presentibus Nicholao Kyd, Johanne Mudy, Johanne Stephani et Daud Thome cum pluribus aliis . teste manu propria cum sigillo proprio apud Brechin septimo die instantis mensis Februarii in predicto anno . . . Qua perlecta, iudex ad instantiam dicti procuratoris, contentos in dicta citationis cedula vocari fecit . Quibus vocatis comparuit venerabilis vir Magister Jacobus de Lyndesay rector ecclesie parochialis de Inchebrioc procurator . . . Magistri Daud de Ogilvy rectoris dicte ecclesie de Lethnot principaliter in dicta citatione nominati . De cuius procurationis mandato iudici constabat per publicum instrumentum exinde confectum ac in iudicio perlectum . a quoquidem procuratore Dictus Magister Robertus . . . procurator . . . dictam annuam pensionem viginti octo marcarum

. . . debitam instanter petiit, quiquidem magister Jacobus . . . ut supra libellum super hiis petiit, ac omnia acta et actitata coram dicto iudice in hac causa facta suis expensis decerni postulavit . Procurator vero alterius partis terminum ad libellandum a iudice sibi limitari petiit . Iudex vero copiam actorum dicto procuratori petenti fieri decrevit et decimum septimum diem dicti mensis ad huiusmodi copiam recipiendam necnon ad libellandum procuratori alterius partis assignavit partibus apud acta citatis . Super quibus omnibus et singulis dictus procurator a me notario publico sibi fieri petiit publicum instrumentum . Acta fuerunt hec in capitulo ecclesie Brechinensi . . . Presentibus discretis et honestis viris dominis Johanne Knycht rectore ecclesie de Funewyn, Alexandro Thome, Willelmo Cassy notariis publicis Alexandro Rochede et Johanne Gray capellanis chori Brechinensis cum multis aliis . . .

Et ego Patricius Nicholai presbyter Brechinensis dyocesis publicus auctoritate imperiali . . .

Pensio de Lethnot . Quartus terminus de Lethnot .

XXX. **I**n nomine Domini Amen . . . pateat euidenter quod anno Incarnationis Dominice millesimo quadringentesimo tricesimo quinto secundum cursum et computationem Ecclesie Scoticane mensis vero Februarii die decimo septimo Indictione decimaquarta . . . Eugenii . . . Pape quarti anno quinto . In mei notarii . . . presentia comparentibus in iudicio coram . . . Johanne Episcopo Brechinensi discretis viris et dominis Johanne Liell thesaurario Brechinensi et magistro Roberto de Hoprew in loco capitulari ecclesie Brechinensis procuratoribus . . . dicti reuerendi patris ac capituli Brechinensis actoribus ab una et venerabili viro Magistro Jacobo de Lyndesay rectore ecclesie parrochialis

de Inchbriok procuratore . . . venerabilis viri Magistri Daud de Ogilvy rectoris ecclesie parrochialis de Lethnot . . . ab altera partibus tanquam in termino dicto Magistro Roberto procuratori prefato assignato ad libellandum in causa alias per ipsum nomine dictorum episcopi et capituli mota contra dictum Magistrum Daud principalem, quibus procuratoribus sic in iudicio comparentibus Magister Robertus duos libellos eiusdem forme in iudicio exhibuit et produxit et terminum ad respondendum libello per iudicem instanter assignari postulauit, unde consequenter iudex predictum Magistrum Jacobum procuratorem partis ree ita allocutus est, Magister Jacobe si nos habeatis suspectos in huiusmodi causa secundum quod fortasse de iure nos poteritis declinare parati sumus alium loco nostri secundum quod dictat ratio et exigit ordo juris subrogare ac substituere . Qui quidem Magister Jacobus dixit se protunc iudicem ac dictum reuerendum patrem aut eius iudicium in huiusmodi causa nolle declinare aut approbare quia non sentiit se pro tunc comparatum sed libellum petiit cum quo se dixit velle auisare utrum vellet contendere vel liti cedere . Et iudex ipsius Magistri Jacobi consensu interueniente vicesimum diem mensis Martii proximo futuri sibi ad deliberandum super libello per procuratores partis aduerse in iudicio exhibito et per iudicem eidem Magistro Jacobo oblato ad comparandum loco dicto hora causarum coram dicto reuerendo patre aut subrogandis seu deputandis aut substituendis loco ipsius pluribus aut uno limitauit procuratoribus utriusque partis apud acta citatis . Super quibus omnibus et singulis prefati procuratores partis alterius a me notario publico subscripto sibi fieri petierunt publicum instrumentum . Acta fuerunt hec in capitulo ecclesie cathedralis Brechinensis anno . . . quibus supra . Presentibus discretis viris dominis Waltero Lychtoun rectore de Adzel, Gilberto Nicholai, vicario de Aufurd, et Alex<sup>o</sup> Roched capellano cum multis aliis . . .

Et ego Patricius Nicholai presbiter Brechinensis dyœcesis publicus auctoritate Imperiali Notarius (etc.)

Carta de tenemento in Monross . Ly Grahame .

XXXI. **I**n Dei Nomine Amen . . . Pateat evidenter quod anno Incarnationis dominice millesimo quadringentesimo tricesimo septimo mensis vero Octobris die secunda, hora quasi decima ante meridiem Indictione prima Pontificatus . . . Eugenii . . . pape quarti anno sexto . . . Personaliter constitutus discretus vir dominus Patricius Elyoth capellanus Sancte Crucis de Montross quasdam cartas in pergameno clare et distincte scriptas non rasas . . . nec in aliqua sui parte suspectas nomina et sigilla infrascriptorum continentes medio produxit et michi notario publico infrascripto tradidit perlegendas et publicandas et in publicam formam redigendas quarum prima sic incipit . Omnibus hanc cartam visuris vel audituris Willelmus Grahame dominus de Kyncardyn Salutem in Domino sempiternam . Noueritis me ex certa bona et iusta causa cum consensu et assensu domine Eufamie Relicte quondam patris nostri et cum consensu heredis nostri vendidisse ac titulo venditionis alienasse magistro Thome Bele perpetuo vicario de Montross quoddam tenementum nostrum continens duas perticatas cum tribus quarteriis terre jacens in burgo de Montross in vico qui dicitur murrastrete inter terram Willelmi Wyly ad boream ex parte vna et terram quondam Willelmi Borovman ad austrum ex parte altera pro summa quinquaginta marcarum sterlingorum monete Scotie tunc currentis quam summam predictus magister Thomas Bele tempore confectionis presentis carte in dicta domo nobis numeravit et plenarie satisfecit et persoluit . De quaquidem summa quinquaginta marcarum predictum magistrum Thomam heredes suos executores et assignatos quitum et quitos clamamus

imperpetuum per presentia . Tenendum et habendum predictum tenementum cum pertinentiis suis predicto magistro Thome Bele heredibus suis et assignatis a nobis et heredibus nostris imperpetuum jure hereditario . . . Reddendo inde predictus magister Thomas heredes sui et assignati firmam et seruicium annuatim domino nostro Regi debita et consueta . Nos vero . . . warrantizabimus . . . sub ypotheca et obligatione omnium bonorum nostrorum et terrarum nostrarum quarumcumque . . . In cuius Rei testimonium et omnium premissorum sigillum nostrum presentibus apposuimus apud Aldmontross decima-quinta die mensis Nouembris anno Domini m<sup>o</sup>. cccc<sup>o</sup>. octauo . Tenor vero secunde sic incipit . Omnibus hoc scriptum visuris vel audituris Eufamia ly Grahame sponsa Patricii de Dunbar militis domini de Bele Salutem in domino sempiternam Noueritis me cum consensu et assensu dicti Patricii sponsi mei dedisse concessisse et hoc presenti scripto meo confirmasse dilecto filio meo Willelmo domino de Ly Grahame militi illud tenementum meum jacens in burgo de Montross ex parte occidentali eiusdem burgi quod quidem tenementum ad me spectat nomine coniuncte infeodationis cum domino Patricio Ly Grahame milite quondam sponso meo . Tenendum et habendum dicto Willelmo heredibus suis et assignatis pro toto tempore vite mee cum omnibus libertatibus . . . quibuscumque . Faciendo inde dictus Willelmus heredes sui et assignati capitali domino seruicium debitum et consuetum . In cuius Rei testimonium quia sigillum proprium non habui Sigillum Patricii Ly Grahame Comitis Palatini de Stratherne filii mei carissimi cum instantia predicto scripto meo apponi procurauit una cum sigillo magnifici et potentis domini Georgii de Dunbar Comitis Marchiarum consimili qua decuit instantia procurato per predictum Patricium sponsum meum ad maiorem eius consensus notitiam . Apud Bele octauo die mensis Octobris anno Domini m<sup>o</sup>. cccc<sup>o</sup>. octauo . Post quarum quidem cartarum

perlecturam et publicaturam prefatus dominus Patricius super earundem tenoribus a me notario publico subscripto sibi fieri petiit unum vel plura publica instrumenta de premissis Acta fuerunt hec apud Montross infra tenementum Walteri Paniter sub anno die . . . quibus supra . presentibus ibidem prouidis et honestis viris Andrea Paniter tunc Preposito dicti burgi Willelmo Serass Willelmo Colini .

Et ego Willelmus Cassy clericus Brechinensis diocesis publicus auctoritate imperiali notarius . . .

Instrumentum penes capellaniam de Pettarrow etc.

Pro seruitio secreti capellani de Both Breklay et Caudham .

XXXII. **I**n nomine Domini Amen . . . pateat euidenter quod anno Incarnationis Dominice millesimo quadringentesimo quadragesimo secundo sexto die mensis Julii indictione quinta Pontificatus . . . Eugenii . . . Pape quarti anno duodecimo . . . Personaliter in capitulo Brechinensi Coram venerabili viro magistro Johanne Lychtoun Decano eiusdem ac diuersis canonicis ibidem capitulariter congregatis comparuit nobilis vir dominus Johannes Wyschart dominus de Pettarrow miles, Et presentauit venerabili viro magistro Roberto de Crannach cantori Brechinensi ac Vicario generali . . . Episcopi Brechinensis, Ipso in remotis agente, discretum virum dominum David Wyschart capellanum ad seruicium decem marcarum annui redditus de certis terris suis annuatim fideliter leuandarum prout in carta dicti domini Johannis sigillo suo pendente sigillata plenius publice continetur . Quem quidem capellanum et suos successores qui pro tempore fuerint voluit et ordinauit diuina seruicia in choro ecclesie Brechinensis et alibi interesse et continuare sicut fecerunt et faciunt alii capellani in dicta ecclesia pro perpetuo fundati et precipue prout faciunt capellani de Both Breklay et Camdhame nec-



non et correctionem subire ac emolumenta consueta sicut alii recipere non obstante quod hec sua ordinatio in dicta sua carta ex obliuione et negligentia non continetur . De et super quibus omnibus et singulis Ipsi prefati dominus Johannes Wyschart Vicarius generalis et Decanus a me notario publico subscripto sibi fieri petierunt et quilibet eorum petiit publicum instrumentum unum vel plura . Acta fuerunt hec in dicto capitulo . . . presentibus ibidem venerabilibus viris magistris Johanne Willelmi vicario de Monzeky Brechinensis diœcesis et officiali Brechinensi Thoma Archar thesaurario et Johanne Steyll dicte ecclesie canonico ac notario publico testibus . . .

Et ego Alex<sup>r</sup>. Thome Presbiter Brechinensis diœcesis publicus Imperiali auctoritate notarius . . .

Fundatione (Presentation?) of y<sup>e</sup> Cheplanrie Be y<sup>e</sup> Laird off Pittarro off ten merkis out off Reidhall and Balfeithe .

XXXIII. **R**euerendo in X<sup>p</sup>o patri et domino domino Johanni miseratione diuina Episcopo Brechinensi seu eius vicario generali Johannes Wyschart miles dominus de Petterauk reuerentias cum honore . Ad capellaniam perpetuam altaris beati Thome martiris in ecclesia cathedrali Brechinensi per me nouiter fundatam Super annuo redditu decem marcarum annuatim leuandarum de certis terris domini mei viz. de Redhall Balfeith et molendino eiusdem ac de Pettyngartnay pro salute anime mee et Jonete uxoris mee et animis et patris mei et matris mee ac antecessorum et successorum meorum et omnium illorum quibus deliqui et emendam condignam non feci et omnium fidelium defunctorum In puram et perpetuam elemosinam . Ad meam et heredum meorum presentationem vestramque collationem spectantem discretum virum dominum Dauid Vyschart capellanum meum dilectum latorem presentium bone conuer-

sationis et honeste vestre paternitati presentamus per presentes vobis humillime et affectuose supplicantes quatenus predictum dominum Daud ut premittitur per nos presentatum post ipsius debitam examinationem ad dictam capellaniam admittere velitis intuitu caritatis sibi eandem conferentes seruiciumque sibi perpetuum prout in cartis foundationis eiusdem continetur firmiter iniungendo . In cuius presentationis testimonium sigillum meum presentibus est appensum apud Brechinen decimo die mensis Augusti anno Domini millesimo quadingentesimo quadragesimo secundo .

Resignatio de Marytoun per Willelmum Folartoun patrem et Jonetam Ogylvy matrem .

XXXIV. **I**n nomine Domini . . . Pateat euidenter quod anno Incarnationis Dominice millesimo quadingentesimo quadragesimo septimo mensis vero Julii die vicesima quarta indictione decima pontificatus . . . Nicholai pape quinti anno primo In nostrum notariorum publicorum et testium infrascriptorum presentia tenta fuit curia apud Maryntoun per reuerendum in X<sup>o</sup> patrem dominum Johannem . . . Episcopum Brechinensem et eius ballium David Dempstar de Ochtyrles ex premuntione et conuocatione quindecim dierum abante per Alexandrum Cristini seriandum dicti reuerendi patris et ex eius mandato super materia infrascripta ut plenius infra dicitur . Quo die sectis uocatis et curia ex parte regis et dicti episcopi affirmata vocatus est dictus Alexander Cristini ad faciendam suam relationem, qui in facie curie narravit qualiter dictam curiam uocauit ut dictum est conuocando omnes et monendo ut decet quod si aliqui cuiuscumque status aut conditionis seu sexus existerent qui pretenderent aliquod ius assedationis per quemcumque episcoporum precedentium siue Johannem episcopum modernum

de dicta villa de Maryntoun quod jura eorum ibidem ostenderent attento quod dicta uilla protunc in manibus suis vacauit sine possessore aut tenente ut constat per instrumenta hic inferius inserta et persequentia et hec omnia dictus Alexander in facie curie probauit fecisse et publicasse ut predictum est per duos honestos viros Gilbertum Fermory et Patricium de molendino publice super hiis coram omnibus juratis Conuocauit etiam dictus Alexander nobilem mulierem Jonetam de Ogiluy relictam quondam Willelmi de Foulartoun ut ipsa ratificaret et approbaret concordata et appunctuata inter procuratores suos et dictum reuerendum patrem in curia dicti reuerendi patris tenta apud Brechin que omnia constant in instrumento quodam cuius tenor inferius est insertus . qua relatione facta et probata et dicta Joneta personaliter comparens perlegi fecit dictus reuerendus pater quoddam instrumentum predictam materiam tangens cuius tenor de uerbo ad uerbum sequitur et est talis . In nomine . . . [No. 43] . . . Quo instrumento perlecto et vulgari declarato fecit dictus reuerendus pater perlegi aliud instrumentum in quo inserta fuit litera ibidem publice perlecta et cum sigillis notatis cognita Cuius instrumenti tenor sequitur et est talis In Dei nomine . . . [No. 59] . . . Quo perlecto et etiam litera in originali perlecta petiuit dictus reuerendus pater prefate Jonete an vellet ratificare et approbare omnia contenta in dicto ultimo instrumento et in litera in eodem inserta que Joneta cum consilio auisata respondit in facie curie quod omnia in dicto instrumento et in litera contenta ratificauit approbavit et confirmavit supplicando humiliter dicto reuerendo patri quatenus dignaretur sibi assedare dictam villam pro tempore uite sue et pro firma consueta et ita supplicabant omnes nobiles ibidem presentes in magna multitudine congregati tam de Angusia quam de ly Mernys . qui reuerendus pater respondit ad eorum supplicationes quod prefatam uillam dicte Jonete nec cuicumque alteri

assedaret usque ad finem processus sui de eadem uilla et ad uidendum si qui aliquid juris ostenderent de pretensa assedatione et precipue si Patricius de Foulertoun predicte Jonete filius vel quicumque alii aliquid ostenderent et tunc per suum prefatum seriandum publice fecit proclamari si aliqui tales essent quod comparerent et quia nulli tales comparauerunt et duodecima hora longe transacta publice protestatus est dictus reuerendus pater quod quia dicta terra in manibus suis vacabat nec erat aliquis tenens nec comparuit aliquis jus pretendens, Ideo ut dixit potuit debuit et voluit providere et dictam terram ad honorem et utilitatem ecclesie et successorum suorum assedare, Et quia audivit quod dictus Patricius de Foulertoun pretendebat jus assedationis licet apparencia non fuit cum pater et mater eius cognouerunt se nullum habere nec habuisse jus ut constat per precedentia tamen ad conuincendam malitiam et futuram rebellionem dicti Patricii et quorumcumque aliorum jus assedationis pretendentium fecit iterum proclamari publice in sua curia dictus reuerendus pater qualiter intendebat hec omnia recitare in curia Vicecomitis de Angus tunc tenenda apud Forfar vltima die Julii proximi . Et iterum ex superhabundantia fecit tunc proclamari et assignari curiam suam tenendam apud Brechin die lune ad quindecim dies immediate post super eadem materia premuniendo et notificando dicto Patricio et quibuscumque quod si ipse Patricius vel quicumque alii pretenderent jus assedationis ad dictam uillam quod tunc in sua curia cum jure suo comparerent et ipse ministraret eis justitiam alioquin protestatus est ipsis non comparentibus vel jus non ostendentibus providere de dicta uilla et ipsam assedare prout melius potuit . Et quia de assedatione eius prolocutum fuit et aliquantulum concordatum cum nobili viro Alexandro de Craumvnde domino de Melgonde protestatus est dictus reuerendus pater quod illa prolocutio sine aliquantulum concordia non impediret quemcumque ostendentem in dicta proxima

curia jus assedationis ad dictam uillam, et hoc idem proprio ore in presentia omnium de curia idem Alexander de Craumvnde affirmavit et consensit quod processu facto non obstante assedatione aliquali sibi facta aut plenius fienda de eadem uilla quod dictus reuerendus pater assedaret dicte Jonete villam prefatam pro toto tempore vite sue . De et super omnibus et singulis dictus reuerendus pater a nobis notariis sibi fieri petiit publicum instrumentum vel publica instrumenta . Acta fuerunt hec apud Maryntoun super fundum eiusdem in diocesi Brechinensi et in Vicecomitatu de Forfar sub anno mense . . . quibus supra . Presentibus nobili viro Waltero Lyndesay fratre germano domini comitis Craufurdie Alexandro de Stratoun domino de Lowrancelton Willelmo Ouchterlowny domino de Kelly Daud Dempstar domino de Caraldstoun Alexandro Wischart de Pettarro Alexandro Craumonde de eodem et Roberto Foulertoun cum multis aliis testibus . . .

Et ego Alexander Thome Presbiter Brechinensis diocesis publicus imperiali autoritate notarius . . .

Et ego Johannes Steyll Presbiter Dunkeldensis diocesis publicus autoritate notarius . . .

Citatio Patricii Folartoun in persona ad comparendum coram dicto reuerendo patre quinto Octobris .

XXXV. **I**n Dei nomine . . . pateat euidenter quod anno Incarnationis Domine millesimo quadringentesimo quadragesimo septimo mensis vero Augusti die septima et indictione decima pontificatus . . . Nicholai . . . pape quinti anno primo . . . tenta fuit curia per reuerendum in X<sup>o</sup> patrem . . . Johannem . . . episcopum Brechinensem in aula sua apud Brechin ex premunitione et conuocatione quindecim dierum abante de vicesima quarta mensis Julii immediate precedentis, qua die tenta fuit

apud Maryntoun alia curia dicti reuerendi patris super materia infra contenta et duo instrumenta ibidem de longo lecta cum una litera sigillata sigillis domini Johannis de Ogilvy de Luntrethyn militis et Roberti Fowlertoun scutiferi inserta de longo in uno instrumentorum que duo instrumenta cum dicta litera inserta sunt in quodam instrumento signato signis et subscriptionibus nostrum notariorum publicorum de dicta vicesima quarta die Julii . Quo die sectis vocatis et curia ex parte regis et dicti episcopi affirmata exposita est causa conuocationis istius curie per Alexandrum Cristini sergeandum dicti episcopi viz. quod si qui essent qui aliquod jus assedationis pretenderent terre de Maryntoun quod ibidem comparerent et dictus reuerendus pater ministraret eis justitiam . Et quia Patricius de Fowlertoun filius et heres Wilhelmi de Fowlertoun bone memorie et Jonete de Ogilvy sue sponse adhuc viuentis presens in curia fuit qui Patricius ut dicebatur pretendebat jus assedationis ad predictam villam . Non obstante quod predicti pater et mater prefati Patricii cognouerunt se nullum habere nec habuisse jus assedationis ad dictam terram de Maryntoun a quocumque episcopo Brechinensi defuncto vel moderno ut constat per dicta duo instrumenta et dictam literam in uno insertam et per instrumentum in quo dicta duo instrumenta et litera inseruntur signatum manibus nostrum notariorum infrascriptorum apud Maryntoun de vicesima quarta die mensis Julii anno quadragesimo septimo . Ideo dictus pater fecit perlegi dicta duo instrumenta cum litera in presentia dicti Patricii Quibus perlectis et in vulgari expositis petiuit dictus reuerendus pater prefato Patricio quod si jus assedationis pretendebat ad dictam villam de Maryntoun quod tunc ostenderet et libenter sibi justitiam ministraret dictus Patricius respondit quod nichil tunc ostenderet sed cum tempus esset faceret quod deberet . Predictus reuerendus pater replicauit quod tunc tempus erat quia dicta villa erat vacans in manibus suis

sine tenente protestabatur ideo quod non debebat neque volebat tenere dictam villam in manibus suis sine tenente vacantem quia hoc esset sibi magnum dampnum . Ideo de assedatione eiusdem quasi concordauit cum nobili viro Alexandro de Craumonde domino de Melgunde, quo non obstante si dictus Patricius bonum jus assedationis ostenderet fieret sibi iustitia et haberet quod iustitia postularet . Et quia dictus Patricius noluit aliquid ostendere et dubitabatur quod tunc tempus erat clausum ideo ad conuincendam suam malitiam et in posterum rebellionem dictus reuerendus pater sibi et cuicumque alteri assignauit quintam diem Octobris proximo futuri in qua die tenenda erat curia capitalis eiusdem episcopi apud Brechin in qua curia dictus Patricius et quicumque alter ostenderet finaliter et peremptorie si quod jus assedationis dicte ville de Maryntoun haberent, alioquin ipsis non comparentibus vel bonum jus assedationis ad dictam villam de Maryntoun non ostendentibus dicta die et in prefata curia capitali protestabatur dictus reuerendus pater amplius assedationem dicte ville non differre sed dicto Alexandro vel alteri cum quo possit concordare finaliter vt sibi videbitur assedare . De et super quibus omnibus et singulis dictus reuerendus pater a nobis notariis publicis sibi fieri petiit publicum instrumentum vel publica instrumenta . Acta fuerunt hec apud ciuitatem Brechinensem in aula dicti reuerendi patris anno mense . . . quibus supra . Presentibus nobili viro Dauid Walterston de eodem, Johanne Bouer, Symone Clerici, Thoma Crannoch et Gilberto Fermory cum multis aliis . . .

Et Ego Alexander Thome Presbiter Brechinensis . . . notarius . . .

Et Ego Johannes Steyll Presbyter Dunkeldensis . . . notarius . . .

Instrumentum de Maisondieu .

A disposition be King James to Geo. Scheres off the Hospital of the Blessed Virgin Marie .

XXXVI. **I**n Dei nomine Amen . Anno Incarnationis Dominice millesimo quadringentesimo quadragesimo septimo, mensis Octobris die decimanona, Indictione decima Pontificatus . . . Nicholai . . . pape quinti anno primo . . . personaliter constitutus discretus vir Robertus de Seres junior magister hospitalis beate Marie virginis infra ciuitatem Brechinensem situati . . . prefatum suum hospitale cum suis iuribus et pertinentiis uniuersis in manibus reuerendi in Christo patris . . . Iohannis . . . Episcopi Brechinensis pure libereque simpliciter sine conditione quacumque sursum reddidit et resignauit, qua quidem resignatione sic ut premittitur facta, et per dictum reuerendum patrem recepta, Georgius de Seres clericus Brechinensis diœcesis tunc incontinenti quamdam presentationem dicti hospitalis per dominum nostrum Regem eidem Georgio factam et concessam, eiusdemque domini nostri Regis sigillo secreto roboratam in medio produxit, dictoque reuerendo patri Episcopo Brechinensi tradidit et deliberauit, quam idem reuerendus pater gratanter et realiter recepit ac de verbo in verbum perlegit . Cuius vero presentationis tenor sequitur et est talis . Jacobus Dei gratia Rex Scotorum reuerendo in Christo patri Iohanni permissione diuina Episcopo Brechinensi Salutem . Ad hospitale beate Marie Virginis infra Ciuitatem Brechinensem situatum, cum illud causa permutationis resignationis vel dimissionis seu alias quouismodo per dilectum nostrum Robertum de Seres qui dictum hospitale obtinet de presenti in manibus vestris vacare contigerit, quodquidem hospitale ad nostram presentationem, vestramque collationem spectare dinoscitur, dilectum nostrum



Georgium de Seres fratrem germanum dicti Roberti ex nunc prout ex tunc et e conuerso vestre paternitati tenore presentium presentamus, exhortando rogantes quatenus quamprimum de vacatione huiusmodi vobis constiterit post receptionem presentium prefatum Georgium presentatum nostrum ad dictum hospitale admittatis, illudque cum uniuersis prouentibus juribus obuentionibus et pertinentiis suis quibuscumque sibi absque difficultate conferatis, eundemque Georgium vel suum procuratorem eius nomine in dicti hospitalis iurium et pertinentiarum eiusdem corporalem realem et actuaalem possessionem induci facientes et defendentes inductum, sibiue vel suo procuratori de dictis fructibus prouentibus juribus et obuentionibus ad idem hospitale qualitercumque spectantibus faciatis integre responderi, Cetera omnia que circa premissa sunt requisita necessaria et opportuna, ad uestrum pastorale officium incumbentia sibi perimpleri curantes . Datum sub sigillo nostro secreto apud Edinburgh decimo octauo die mensis Septembris anno Domini millesimo quadringentesimo quadragesimo septimo et Regni nostri undecimo . Quaquidem presentatione perlecta prefatus reuerendus pater dictum Georgium de Seres presentatum juxta mandatum regium ad dictum hospitale admisit, illudque cum uniuersis prouentibus juribus obuentionibus et pertinentiis suis quibuscumque eidem Georgio contulit, ac ipsum per annuli sui traditionem presentialiter inuestiuit de eodem . Super quibus omnibus et singulis dictus reuerendus pater ac etiam Robertus de Seres senior burgensis burgi de Dundee per me notarium publicum subscriptum sibi fieri petierunt . . . publica instrumenta . Acta fuerunt hec super gradum anteriorem hospiti Vicarii de Dundee anno die . . . quibus supra . Presentibus venerabilibus viris magistris Johanne Willelmi officiali Brechinensi, Ricardo de Crag, Willelmo de Karnys, Daud Hude, et Daud de Seres, ecclesiarum de Monyheky, Dundee, Glammys, Luntrethyn et Monymele perpetuis Vi-

cariis ac Roberto de Balmanow Burgensi de Dunde cum multis aliis . . .

Et ego Johannes Idill clericus Sanctiandree diœcesis publicus auctoritate imperiali notarius . . .

Donatio Roberti de Hyll .

XXXVII. **O**mnibus hanc cartam visuris vel audituris Robertus de Hyll Civis Brechinensis Salutem in Domino sempiternam . Sciatis me ad laudem et gloriam omnipotentis Dei et beatissime Marie Virginis ac beate virginis Katerine et omnium celestis curie Sanctorum libere dedisse . . . et . . . confirmasse Deo omnipotenti et omnibus sanctis supradictis ac capellanis in choro ecclesie cathedralis Brechinensis celebrantibus et suis successoribus . . . pro salute anime mee, et Marjorie uxoris mee, ac pro salute domini Jacobi Regis nostri moderni . . . necnon et pro salute antecessorum et successorum meorum et omnium fidelium defunctorum In puram et perpetuam elemosinam Totum et integrum tenementum meum jacens ex parte occidentali communis vici ville Brechinensis inter terram Johannis Tode ex utraque parte viz. ex parte australi et boreali extendendo in longitudine versus occidentem usque ad terram Margarete Swallow cum certo introitu ex parte boreali ad latitudinem sex pedum legalium et cum una acra terre arabilis jacente in Croftis de Brechyn inter acram domini Patricii de Guthre ex parte orientali ex parte una et acram quondam Johannis Massoun ex parte occidentali ex parte altera cum uniuersis et singulis suis aliis pertinentiis . Tenendum et habendum dictum tenementum cum predicta acra et suis pertinentiis dictis capellanis chori Brechinensis et suis successoribus . . . in dicto choro diuina celebrantibus . . . in puram et perpetuam elemosinam cum omnibus et singulis libertatibus . . . Reddendo inde dicti capellani . . .

dicti chori . . . domino nostro Regi et suis successoribus pro annuo redditu dicti tenementi et acre annuatim decem solidos vsualis monete Scotie prout consuetum fuit temporibus elapsis per equales portiones ad duos anni terminos consuetos . viz. Pentecostes et sancti Martini in yeme tantum pro omni alio seruicio seculari . . . Et ego vero dictus Robertus et heredes mei . . . predictis capellanis . . . varantizabimus . . . In cuius Rei testimonium sigillum meum presenti Carte mee est appensum apud Brechyn decimo die mensis Decembris anno domini millesimo quadringentesimo quadragesimo septimo . Testibus Reuerendo in Christo patre ac domino Johanne Episcopo Brechinensi Magistris Roberto de Crannoch Cantore Brechinensi, Johanni Willelmi officiali eiusdem, David Dempstar de Ouchterles, Johanne Bouer de Frertoun, Thoma Crannach burgensi Sanctiandree, Symone clerico de Brechyn, et domino Alexandro Thome vicario de Strathcathro et notario publico cum diuersis aliis .

Decretum Decani et Capituli Ecclesie Brechinensis de Magr<sup>o</sup> Gilberto Forestar archidiacono ejusdem .

XXXVIII. **U**niuersis et singulis ad quorum notitiam presentes Litere peruenerint, Cuthbertus Decanus, Canonici et capitulum ecclesie Brechinensis sinceram in Domino caritatem . Quia in hiis que nostram communem ac singularem concernunt tranquillitatem et pacem matura precipue deliberatione prehabita singulorum non tamen omnibus testimonium perhibere veritati vt ex eis nostris statutis rebellibus necesse est per iuramenta secundum posse nostrum resistere, Hinc est quod nobis in capitulo vicesimo nono die Octobris anno vicesimo nono conuenientibus ad terminum illum legitime tamen prius citatis per Decanum in stallis nostris ut moris est ex quadraginta ab ante diebus coram Reuerendo

in X<sup>o</sup> patre et domino Johanne Episcopo nostro nobis inibi et sibi assistentibus perlecta est citatio dicti domini nostri episcopi contra Magistrum Gilbertum Forestar archidiaconum tunc presentem ad instantiam dominorum Gaufridi cancellarii Roberti Mernys et Alexandri Rochede tunc stallariorum necnon domini Duncani pro tunc vicarii de Strathechin presentium et iustitiam de dicto archidiacono instantissime petentium . Unde dictus reuerendus pater partium dictarum petitionibus et responsionibus subsecutis rationibus et allegationibus auditis ad longum quibusdam hinc inde negatis et quibusdam confessis et tandem partibus extra capitulum subtractis, dominus noster episcopus cum nostro consilio et determinatione et secundum statuta capituli nostri et ecclesie a nostris predecessoribus et nobis hactenus jurata et hucusque inuiolabiliter obseruata, et ut quietius et liberius dicti canonici et capelani Deo seruirent et dictis controuersiis et debatis quantum in ipso erat et in nobis finem imponens; Decretum capitulariter edidit et partibus copiam hinc inde fieri decreuit sub manu notarii et obseruari precepit, cuius decreti tenor sequitur et est talis . Ordinatio domini Episcopi Brechinensis facta in capitulo Generali ad hoc specialiter congregato tam canonicorum quam Rectorum et Vicariorum dicte diocesis apud Brechin vicesimonono die mensis Octobris Anno Domini millesimo quadringentesimo vicesimo nono super diuersas actiones contra magistrum Gilbertum Forestarii archidiaconum dicte ecclesie Brechinensis per diuersos conquerentes propositas, Qui archidiaconus ad audiendum et procedendum in dictis actionibus necnon ad diffiniendum easdem ad predictum diem legitime citatus fuit cum intimatione quod siue venerit siue non et etiam prout in literis citationis huiusmodi ex inde confectis plenius continetur ubi cum consilio et determinatione omnium canonicorum tunc ibidem existentium extitit decretum et determinatum prout sequitur . Primo quod possidentes quatuor dignitates dicte ecclesie

Brechinensis viz Decanus Precentor cancellarius et thesaurarius debeant precedere omnes alios Canonicos eiusdem ecclesie Brechinensis cuiuscumque status vel dignitatis fuerint infra chorum et capitulum in reuerentia et honore loco et ordine . Item per predictos canonicos rectores et vicarios totius capituli supradicti decretum fuit et determinatum quod dominus Robertus de Mernys habebit breuiarium quod petiit a dicto Magistro Gilberto Forestar reddendo predicto Magistro Gilberto quinque marcas, et si predictus Magister Gilbertus poterit legitime probare quod predictus dominus Robertus plusquam quinque marcas recepit tantum soluet quantum ultra summam quinque marcarum probauerit ipsum recepisse . Item decretum et ordinatum fuit quod dominus Duncanus perpetuus vicarius de Strathachyn habeat mansionem sufficientem in qua possit debite residere cum tofta et crofta sicut et alii vicarii predecessores sui ibidem residentes solebant habere . Item predictus magister Gilbertus archidiaconus restituet predicto domino Duncanu literam sue Institutionis in dicta vicaria quam ab eodem recepit . Item de diuersis controuersiis debitis et salario per predictum dominum archidiaconum ut asseruit predictus dominus Duncanus sibi debitis dominus Decanus Brechinensis et officialis eiusdem uocent partes coram ipsis et audito compoto quecumque dictauerit ordo juris et rationis facient adimpleri . Item de querela domini Alexandri Rochede determinatum est quod dominus archidiaconus persoluet sibi unam marcam quam promisit coram domino episcopo et capitulo . Et si dictus dominus Alexander se male habuit erga predictum dominum archidiaconum per decanum et capitulum corrigatur Et quia diuinum seruicium in choro nostro defectu solutionis salarii dicti Alexandri Rochede per dictum archidiaconum quam pluries ab ante omittebatur et dicto archidiacono prefatum decretum obseruare tunc refutante predictus dominus noster Episcopus hac de causa et aliis

in suis literis contentis fructus ecclesie de Strathachyn in scriptis sequestravit . Ad quorum testimonium quod hec facta sunt ex consensu capituli et capitulariter Anno mense die et loco prescriptis sigillum commune capituli presentibus est appensum Apud Brechin decimo sexto die mensis Decembris Anno domini millesimo quadringentesimo tricesimo quarto .

Et ego Johannes Steyll presbyter Dunkeldensis Diœcesis publicus auctoritate imperiali notarius quia predictæ litere translationem de papiro in hoc pergamenum manu mea scriptam sigillo communi in margine affixo nullo verbo addito neque remoto preterquam in penultima linea loco huius verbi *affixum* in hac litera pergameni apposita est hec dictio *appensum* ex ordinatione et iussu Rev<sup>di</sup> in X<sup>p</sup>o patris et domini domini Johannis Episcopi Brechinensis necnon venerabilium virorum et magistrorum Johannis de Lichtoun decani eiusdem, Duncani de Lichtoun decani vicarii, Johannis Monypeny prebendarii de Buthirgill, Laurentii Piote pensionarii, Henrici Rynd subdecani, Johannis Clat prebendarii de Glenberuy, Ricardi de Guthre prebendarii de Lethnot capitulariter congregatorum et vocatorum super diuersis bonum capituli concernentibus ad vicesimam diem Augusti anno Domini millesimo quadringentesimo quadragesimo octauo, que translatio et dictorum verborum permutatio facta est ad requestam venerabilis viri magistri Roberti de Crannach precentoris Brechinensis propter dicte litere papiree et sigilli communis debilitatem vt coram predictis in dicto capitulo congregatis per dictum precentorem ostendebatur dictam literam papiream publice perlegendo et a me notario publico super predictis publicum instrumentum petendo, predicta omnia et singula vidi et audiui et in notam sumpsi ac prefatam translationem me aliis occupato per alium scribi feci rogatus et requisitus in testimonium veritatis omnium premissorum anno die mense supradictis et indictione vndecima me manu propria

subscribendo et signum meum solitum et consuetum unacum appensione sigilli communis apponendo presentibus ibidem dicto Reuerendo patre decano ceterisque canonicis supradictis in fidem et testimonium predictorum specialiter vocatis et rogatis .

De Procuratore Communi Capituli .

XXXIX. **I**n Dei nomine Amen . . . Pateat euidenter quod anno Incarnationis Dominice millesimo quadringentesimo quadragesimo octauo mensis vero Augusti die vicesima Indictione undecima pontificatus . . . Nicholai . . . pape quinti anno secundo . . . Comparuit in Capitulo generali Brechinensi sufficienter abante vocato reuerendus in Christo pater dominus Johannes . . . Episcopus eiusdem cum Decano et Canonicis inferius nominandis super diuersis honorem et utilitatem dicti Capituli concernentibus, inter que proposuit dictus reuerendus pater an expediret pro bono dicti Capituli continuare Magistrum Johannem Lychtoun Decanum Brechinensem presentem in procuratorem communem dicti Capituli sicut abante fuit vel eligere alium Canonicum ad intrandum officium statim post proximum compotum dandum tempore consueto, proposuit ultra quod non fuit conueniens ut videbatur eundem canonicum esse Decanum ac Communem Procuratorem Capituli quia decani officium est audire compotum communis procuratoris et officium procuratoris est dare compotum de receptione et expositione communium bonorum Capituli . Suspectum ideo ut dicebat dictus reuerendus pater videbatur quod compotum dans recipiens et allocans sint idem, ideo nuncquam visum est in Capitulo Brechinensi quod Decanus erat procurator communis, preterea ut dictus reuerendus pater dicebat, dictus Decanus non bene ministrabat in officio procuratoris ut ostendebat per multa exempla quia ut dicebat ex quo Decanus erat Procurator

communis omnia sine contradictione potuit facere et allocare prout fecit ad placitum suum precipue in assedatione decimarum expositione vini panis et cere pro ecclesia et in collectione et leuatione fructuum et firmarum de Cortoqwhy . Quibus per dictum reuerendum patrem propositis et intellectis Cantor vocem suam dedit Magistro Johanni Steyll Prebendario de Kylmor, Magister Johannes Steyll dixit se iturum ad Curiam Romanam ideo dedit vocem suam Magistro Johanni Monypeny Prebendario de Buthirgyll et etiam vocem sibi datam per Cantorem, Magister Johannes Clat Prebendarius de Glenberuy dedit vocem suam dicto Magistro Johanni Monypeny, Magister Duncanus Lychtoun vicarius Magister Henricus Rynd Sub-decanus et Magister Laurencius Pyot Pensionarius dederunt voces suas dicto Decano, prefatus reuerendus pater dedit vocem suam dicto Magistro Johanni Monypeny et tunc dictus Cantor tanquam procurator Magistri Daud de Crannoch Cancellarii extunc protunc in Curia Romana ut dicebatur per procuratorium quod tunc tenuit apertum in manu sua offerens illud legi dedit vocem dicto Magistro Johanni Monypeny, Decanus dedit vocem sibi met, et dictus Magister Johannes Monypeny sibimet . De et super quibus omnibus et singulis prefatus reuerendus pater a me notario publico subscripto sibi fieri petiit publicum instrumentum . . . Acta fuerunt hec in capitulo generali Brechinensi sub anno mense . . . quibus supra Presentibus Canonicis suprascriptis testibus ad premissa vocatis pariter et rogatis .

Et ego Patricius Nicholai Presbiter Brechinensis dyœcesis publicus imperiali autoritate notarius . . .



Transsumptum de Declaratione de Juribus et Qualitatibus Beneficiorum  
in Ecclesia Cathedrali Brechinensi .

**XL.** **I**n Dei nomine Amen . Uniuersis et singulis hoc presens publicum Instrumentum inspecturis Johannes miseratione diuina Episcopus Brechinensis Salutem in Domino . Noueritis quod venerabilis vir Magister Daud de Crannoch Cancellarius Ecclesie Cathedralis Brechinensis quasdam literas in pergameno patentes sigillis pendentibus reuerendi in Christo patris et domini domini Patricii tunc Episcopi Brechinensis in cera rubea albe impressa et eiusdem loci capituli in cera alba sigillatas quarum literarum tenor inferius est insertus coram nobis exhibuit et iudicialiter presentauit ac produxit petens humiliter a nobis ut huiusmodi literas ex autoritate nostra transsumi et exemplari mandare dignemur ad futuram rei memoriam ita et taliter quod ipsi transsumpto possit et debeat ubique locorum tam in iudicio quam extra plenaria fides adhiberi sicut dictis literis si et cum in forma originali producerentur Vnde nos Johannes Episcopus prefatus huiusmodi petitioni fauorabiliter annuentes volentesque in huiusmodi negotio rite procedere vocatis prius omnibus et singulis sua communiter vel diuisim interesse putantibus et quos infrascriptum tangat negotium per edictum publicum in valuis Ecclesie Cathedralis Brechinensis publice affixum et usque ad vicesimam primam diem eiusdem mensis ad uidendum et audiendum prefatas literas per nos Johannem Episcopum predictum mandari iudicialiter transsumi et exemplari ac in publicam transsumpti formam redigi ad futuram rei memoriam uel ad allegandam iustam causam et rationabilem quare non deberent transsumi . Qua die scilicet vicesima prima adueniente et nemine allegante causam rationabilem quare non deberent transsumi dictas literas prefati reuerendi patris et communi

dicti Capituli sigillis sigillatas examinauimus et diligenter inspeximus et quare post diligentem inspectionem et examinationem comperimus huiusmodi literas cum dictis sigillis fore sanas et integras ac omni vitio et suspicione carentes . Idcirco nos Johannes Episcopus prefatus pro tribunali sedentes dictas literas per notarium publicum infrascriptum transsumi et exemplari ac in publicam transsumpti formam redigi mandauimus et iussimus ad futuram rei memoriam . Quarum literarum tenor sequitur et est talis, Uniuersis sancte matris ecclesie filiis ad quorum noticiam presentes litere uenerint Patricius miseratione diuina episcopus Brechinensis et eiusdem loci capitulum Salutem in domino sempiternam . Noueritis nos in nostro capitulo die confectionis presentium personaliter existentes congregatis ibidem nostris canonicis rectoribusque et vicariis nostre diocesis senioribus ad hoc capitulariter vocatis super iuribus et qualitatibus singulorum beneficiorum ecclesie nostre predicte tam per inspectionem statutorum et munimentorum quam per consuetudines approbatas *ab* olim in predicta nostra ecclesia usitatas diligenter tractauisse inquisiuisse et cum competenti deliberatione declarasse Quot et qualia sint beneficia predicta et que ipsorum dignitates que officia que prebende . Ubi undecim beneficia in canonicatus in predicta ecclesia antiquitus fundata comperimus et creata . Quorum quatuor sunt dignitates uidelicet, Decanatus, cantoria, cancellaria, et thesauraria . Quintum uero uidelicet archidiaconatus officium est in ecclesia predicta . Et ista quinque beneficia tanquam incompassibilia cum aliis beneficiis nuncupantur . Reliqua uero sex beneficia uidelicet vicaria, pensionaria, subdiaconatus, Kylmoir, Buthyrgill, et Guthry, simplices prebendas reperimus et compassibiles cum beneficio curato et *omni* alio qualicumque . Et licet prebendarii vicarie et subdiaconatus vicarius uocentur et subdecanus uoce uerbali, curam tamen nullam habent nec dignitatis prerogatiuam nec officium nec administrationem

aliquam in ecclesia predicta vel extra sed eorum beneficia prebende sunt simplices et compassibiles ut superius est notatum . In cuius nostre et nostri capituli declarationis testimonium sigillum nostrum unacum sigillo communi dicti nostri capituli presentibus literis est appensum . Datum in eodem capitulo nostro in presentia discretorum virorum dominorum Fergusii de Tulache precentoris, Ricardi de Monte Alto cancellarii, Mathei de Abbirbrothoc thesaurarii, Stephani de Celario Archidiaconi, Willelmi de Dalgarnok vicarii, Randulphi Wild subdecani, Johannis de Drum prebendarii de Buthirgill, Thome de Lochrys prebendarii de Guthry, Johannis Wild rectoris de Logy, Johannis de Taok vicarii de Monyky, Alexandri Doge vicarii de Dunnechtyn canonicorum ecclesie predictae, decano in remotis agente pensionario et prebendario de Kilmoir solummodo absentibus *ob causam* . Die lune in crastino Sancte Trinitatis anno Domini millesimo ccc<sup>mo</sup> septuagesimo secundo . Post que omnia et singula supradicta nos Johannes episcopus prefatus presens transsumptum publicum cum originali diligenter ascoltari collationari et concordari fecimus et tandem quia post diligentem collationem et ascultationem comperimus presens transsumptum cum prescripto originali in omnibus et per omnia concordare et in nullo discrepare . Idcirco autoritate nostra predicta decernimus et tenore presentium decreuimus quod presenti transsumpto publico tanquam prescripto originali ubique locorum tam in iudicio quam extra iudicium in originali forma merito possit et debeat plenaria et integra et indubitata fides adhiberi ac talis et tanta qualis et quanta dicto originali adhiberetur si in iudicium in originali forma produceretur . In quorum omnium testimonium hoc presens publicum instrumentum siue transsumptum per notarium publicum infrascriptum de mandato nostro desuper publicatum sigilli nostri autentici iussimus et fecimus appensione muniri . Datum et actum apud Brechin in loco consistoriali nostro consueto nobis inibi

sedentibus sub anno Incarnationis Dominice millesimo quadringentesimo quadragesimo nono mensis vero Junii die vicesima prima hora decima ante meridiem uel eocirca Indictione duodecima pontificatus . . . Nicholai . . . pape quinti anno tertio . Presentibus ibidem venerabilibus et discretis viris Magistris Johanne Willelmi officiali Brechinensi Johanne Barry et Michali Crag Dominis Daud Willelmi Donald Mames Patricio Nicholaii notario publico Johanne de Brechin et Willelmo Ellam capellanis cum multis aliis . . .

Et ego Johannes Steyll presbiter Dunkeldensis diocesis publicus autoritate imperiali notarius etc.

Confirmatio Jacobi secundi Regis Scotorum de tenemento et certis acris terre donatis vicariis et capellanis chori Brechinensis per Robertum de Hill et Marjorie Gulde sponse sue .

XLI. **J**acobus Dei gratia Rex Scotorum . . . Sciatis nos quamdam cartam dilecti nostri Roberti de Hill factam . . . Deo omnipotenti et capellanis in choro ecclesie cathedralis Brechinensis . . . intellexisse sub hac forma . Omnibus [No. XXXVII.] . . . Quamquidem cartam . . . confirmamus Saluis nobis wardis releuiis maritagiiis juribus et seruiciis de dictis terris ante presentem confirmationem nobis debitis et consuetis . In cuius Rei testimonium presenti carte nostre confirmationis magnum sigillum nostrum apponi precepimus testibus reuerendo in Christo patribus Jacobo Willelmo et Johanne Sanctiandree Glasgouensis et Dunkeldensis ecclesiarum episcopis Willelmo domino Crechtoune nostro camerario et consanguineo predilecto carissimo consanguineo nostro Willelmo comite de Douglas et de Auandaile domino Galwidie dilectis consanguineis nostris Georgio Archibaldo et Hugone de Angus Morauia et Ormond comitibus Willelmo domino Someruille et Andrea

domino le Gray apud Edinburgh vicesimo sexto die Mensis Januarii anno Domini millesimo quadringentesimo quadragesimo nono . Et regni nostri decimo tertio .

Inquisitio de foro Brechinensi et itinere camerarie eiusdem .

Right off the weiklie mercatt and libertie of the waters off Esk and Tay .

XLII. **H**ec inquisitio facta fuit apud Brechin vicesima prima die mensis Julii anno Domini millesimo quadringentesimo quinquagesimo . Coram Johanne de Ogilvy de Luntrethyn milite vicecomite deputato de Forfar per literas Regias in hac parte per istos subscriptos et iuratos viz. Walterum Lyndesay de Kynblathmont, Walterum de Ogilvi de Bevfourd, Willelmum de Ochterlovny de Kelly, Magistrum Alexandrum de Guthre de Kyncaldrum, David Dempstar de Cavraldistoun, Thoma Fenton de Ogil, Willelmum de Folertoun de Abrwen, Robertum de Folertoun, Johannem de Kernegy de eodem, Walterum de Kernegy fratrem eius, Johannem de Cravmond, Daud Walterstoun de eodem, Willelmum Sumyr de Balzordy, Daud Anande de Kynquhvry, Daud Moncur de Knap, Jacobum Rynd de Broxmwth, Georgium de Strathachyn, Daud Fothryngam de Povry, Johannem de Karyncorss de Balmachenoth, Henricum de Fethy de Balesok, Patricium Gardyn de eodem, Jacobum de Ogilvy fratrem domini Johannis Ogilvy de Luntrethyn, Willelmum de Fenton de Cardayn, Daud Forestar, et Alexandrum Liell scutiferos . Qui jurati dicunt quod ciues et inhabitantes ciuitatem Brechinensem habuerunt retroactis temporibus et adhuc habent liberum forum omnibus diebus dominicis in dicta ciuitate Brechinensi de omnibus et singulis emendis et vendendis cum libero introitu et exitu dictorum mercimoniorum emptorum et venditorum in dicta

ciuitate in aquis de Suthesk et de Tay Et quod dicti ciues de hiis sunt in possessione nunc et retroactis temporibus vltra hominum memoriam Insuper predicti iurati dicunt quod reuerendus in Christo pater Johannes Episcopus Brechinensis et predecessores sui habent et habuerunt infra se de inhabitantibus dictam ciuitatem tempore moderno et retroactis temporibus jus et consuetudinem tenendi curias camerarie cum amerciamentis earundem in talibus fieri consuetis In quorum fidem et testimonium sigillum predicti vicecomitis vna cum sigillis eorum qui dicte inquisitioni intererant faciende sunt apposita anno die et loco supradictis .

Litera Procuratoria Decani Brechinensis .

XLIII. **N**ouerint Uniuersi et Singuli presentes literas inspecturi Nos Johannem de Lychtoun Decanum Brechinensem et Capitulum eiusdem ad hoc specialiter congregatos fecisse . . . et ordinare . . . Johannem . . . eiusdem ecclesie Episcopum David Dempstar de Ochterless eius et sue Ecclesie ballium Magistros Stephanum de Anguss thesaurarium et Johannem Willelmi officialem eiusdem Ricardum Chapman Cuthbertum Rede et Johannem Lyttystar dicte ciuitatis balliuos Alexandrum Cristini Laurencium Smytht Andream Scalpy et Johannem Tode ciues eiusdem ciuitatis nostros . . . procuratores . . . speciales et generales ita quod specialitas generalitati non deroget nec e contra et precipue in causa cuiusdam perambulationis et eiusdem declarationis inter terras prefati reuerendi patris capituli et ecclesie Brechinensis et terras Johannis de Culass et suorum comportionariorum dominorum de Menmor per certos nobiles patrie . . . factarum . Et signanter contra eos qui ausu temerario et violenter in contemptu regie auctoritatis et mandati et ecclesie Brechinensis dampnum metas seu signa virtute dic-

tarum perambulationis et declarationis per . . . Vicecomitis deputatum et dictos nobiles inter predictas terras positas seu posita, abstulerunt seu destruxerunt . . . Dantes . . . eisdem nostris procuratoribus coniunctim et diuisim . . . potestatem . . . ad comparandum coram supremo domino nostro Rege eius consilio seu officariis quibuscumque . . . pro nobis . . . ad petendum prefatum Johannem de Culass seu quoscumque alios ad obseruationem decreti prefatarum perambulationis et declarationis compellendos fore . . . et ad petendum emendam condignam de destruentibus seu auferentibus signa metas seu limites prefata . Necnon si necesse fuerit ad agendum pro nobis et predicta ecclesia in causa . . . Ratum gratum atque firmum habentes . . . totum et quicquid per dictos procuratores nostros . . . gestum fuerit in premissis . . . sub ypotheca et obligatione omnium bonorum nostrorum . . . In quorum omnium et singulorum fidem et testimonium premissorum presentes literas sigillo communi capituli nostri fecimus roborari apud ciuitatem Brechinensem xvj<sup>ta</sup>. die mensis Decembris anno Domini millesimo quadringentesimo quinquagesimo .

Instrumentum de Institutione domini Henrici Falconer in capellaniam Sancte Crucis de Montros .

XLIV. **I**n nomine Domini Amen . . . pateat euidenter quod anno Incarnationis Dominice secundum cursum et computationem ecclesie Scoti-cane millesimo quadringentesimo quinquagesimo die vicesima mensis Ianuarii Indictione decima quarta Pontificatus . . . Nicholai . . . pape quinti anno quarto . . . personaliter constitutus discretus vir dominus Henricus Falconer capellanus Sancte Trinitatis in ecclesia parochiali de Montros quasdam literas patentes in pergamento scriptas quarum una cera alba Sigillo communi burgi de Montros pendente erat

sigillata, altera vero Sigillo autentico Reuerendi in X<sup>o</sup> patris . . . Jo-  
hannis . . . Episcopi Brechinensis . . . sigillata, et cum Sigillo Ma-  
gistri Thome Bell quondam Vicarii de Montros . . . sigillata . . .  
michi notario publico tradidit perlegendas quarumquidem . . . tenor  
. . . est talis Reuerendo . . . [No. XXIII.] . . . Tenor secunde se-  
quitur et est talis, Johannes miseratione diuina Episcopus Brechinen-  
sis venerabili viro Magistro Thome Bell vicario de Montros Salutem  
. . . Capellaniam altaris Sancte Trinitatis in ecclesia parochiali de  
Montros per Eliscum Falconer et Thomam Falconer fundatam de jure  
et de facto vacantem ad presentationem prepositi et consulum burgi de  
Montros et ad nostram collationem pertinentem discreto viro domino  
Henrico Falconer per patentes literas dictorum prepositi et burgensium  
nobis presentato gratiose contulimus et per annuli nostri traditionem  
vestiuimus in eadem, quiquidem prepositus dicti burgi pro tempore  
existens annuatim dicto capellano pro tempore vite sue decem marcas  
persoluet et persolui faciet sine fraude et dolo prout in literis sue pre-  
sentationis plenius continetur . Vobis igitur precipiendo mandamus  
quatenus dictum dominum Henricum sic per nos presentatum in posses-  
sionem corporalem realem et actuaalem eiusdem capellanie inducatis  
inductum sic canonice defendatis Contradictores et rebelles si qui fuer-  
int per censuram ecclesiasticam compescendo et in huius institutionis  
ac possessionis testimonium sigillum vestrum in secunda cauda post  
nostrum presentibus apponatis penes dictum dominum Henricum pro  
perpetuo remansuris . Datum apud Brechin tertio die mensis Septem-  
bris anno Domini millesimo quadingentesimo tricesimo quarto . Et  
ego vero Magister Thomas Bell in signum mee institutionis iuxta man-  
datum uestrum Sigillum meum apposui vicesimo sexto die Septembris  
anno supradicto . Post quarumquidem literarum presentationem et lec-  
turam predictus dominus Henricus me cum instantia requisiiuit ut pre-



nominatas literas sub manu publica redigerem et fideliter copiarem .  
 Super quibus omnibus et singulis prefatus dominus Henricus a me no-  
 tario publico subscripto sibi fieri petiit publicum instrumentum . Acta  
 fuerunt hec in ecclesia cathedrali Brechinensi ad altare Sancti Niniani  
 hora decima vel eocirca ante meridiem sub anno die . . . prescriptis  
 presentibus ibidem venerabili viro magistro Johanne Willelmi officiali  
 Brechinensi dominis Alexandro Michelsoun vicario de Ferneval Jacobo  
 Steill notario publico Willelmo Pay capellanis Henrico Johanstoun et  
 Michaele Ayr testibus . . .

Et ego Daud Andree presbiter Brechinensis diocesis pub<sup>s</sup> aut<sup>e</sup>.  
 imp<sup>li</sup>. notarius predictas literas ut premittitur sigillatas ut michi verius  
 constabat vidi perspexi perlegi et palpauit et de verbo ad verbum ut  
 superius continetur transsumpsi et fideliter copiaui et tandem facta  
 fidei collatione cum originali cum eadem originali concordare inueni nil  
 addito vel diminuto quod forte sententiam immutet aut variet intellectui  
 Ideoque presens . . . instrumentum . . . signaui . . .

De Jure Molendini de Achduuy et consuetudine eiusdem et fabrilis  
 Episcopi Brechinensis .

XLV. **I**n Dei nomine . . . Pateat quod anno Domini millesimo quadringen-  
 tesimo quinquagesimo secundum cursum et computationem ecclesie  
 Scoticane mensis vero Marcii die decimanona Indictione decimaquinta  
 Pontificatus . . . Nicholai . . . quinti anno quinto . . . Personaliter  
 comparuit reuerendus in X<sup>o</sup> pater Johannes Episcopus Brechinensis  
 apud Brechin in aula sua cum Daud Dempstar de Ochterles balliuo  
 suo et cum curia sua ad hanc diem specialiter conuocata super diuer-  
 sis . Quibus expeditis ut constat in papiro curiarum, superuenit Wal-  
 terus Ogilvy de Beuforde deputatus . . . vicecomitis de Forfar petens

a dicto reuerendo patre suam predictam aulam ad tenendam curiam dicti vicecomitis hac die assignata ad tenendam apud Brechin, quam petitionem dictus pater libenter concessit . In qua curia vicecomitis acta fuerunt sequentia inter alia et scripta in libro curiarum dicti vicecomitis et cum ista cedula sequente per Daudid de Guthry clericum curie et me notarium subscriptum de uerbo in uerbum fideliter collationata, cuiusquidem cedule tenor sequitur et est talis . Curia Vicecomitis de Forfar tenta apud Brechin in aula Episcopi eiusdem per Waltherum de Ogilvy dicti vicecomitis deputatum decimanona die mensis Marcii anno Domini millesimo quadringentesimo quinquagesimo, qua die curia affirmata et sectis vocatis Iudice pro tribunali sedente, vocatus est Johannes Laurencii commorans in Balrowny quod persequeretur plegium inuentum per ipsum Johannem super Laurencium Balram commorantem in ly Westdrum pro iniusta detentione certe summe pecunie, quibus partibus coram predicto vicecomite deputato comparentibus, Comparuit reuerendus pater Johannes Episcopus Brechinensis petens et requirens dictum Laurencium Balram ad suam curiam replegiari et ad plegium ferendum attento quod ipse fuit baro Regis vocatus comparens et respondens pro omnibus terris ecclesiasticis Brechinensibus tam suis propriis quam aliorum canonicorum Brechinensium nec aliquis ecclesiasticus Brechinensis potuit aut debuit replegiare quemcumque de Curia dicti Vicecomitis nisi solus Episcopus Brechinensis . Quibus propositis et attente consideratis per dictum vicecomitem deputatum cum sua Curia dictum Laurencium Balram dicto domino Episcopo ad plegium dedit et coram omnibus in facie Curie deliberauit, mediante securitate domini de Caraldistoun quod iustitiam predictis partibus ministraret, et ad hoc faciendum Curiam eius proximam capitalem dictis partibus assignauit . Comparuerunt etiam posterius in Iudicio coram dicto vicecomitis deputato prefatus reueren-

dus pater . . . et venerabilis vir Magister Johannes Lychtoun decanus  
 eiusdem qui Episcopus et Decanus ad eandem Curiam Vicecomitis  
 prius concorditer submissi in facie curie proposuerunt quod placuit eis  
 seruare et facere per suos seruari consuetudinem hactenus obseruatam  
 tempore bone memorie Walteri quondam Brechinensis episcopi et Jo-  
 hannis Episcopi moderni sui successoris quo ad molendinum de Ach-  
 douy et fabrile Brechinense dicti episcopi quo ad omnia puncta con-  
 tenta in quadam cedula papirea inferius inserta de certis petitionibus  
 et interrogationibus per certos testes declaratis ex consensu et ordina-  
 tione dictorum episcopi et decani, excepto puncto de blado et farina  
 quo ad seriandum episcopi quod punctum requisivit decanus determinari  
 per assisam ut juris esset . Episcopus antedictus petiuit determinari  
 per consuetudinem antiquam sicut concordatum fuerit per partes de  
 aliis punctis subscriptis, quibus dictis et propositis electa est assisa viz.  
 Willelmus Ochterlowny de Kelly Daud Dempstar de Caraldistoun  
 Daud Rossy de eodem Thoma Fentoun de Ogyl Walterus Tulach de  
 Bondyntoun Alexander Crawmond de Melgond Willelmus Sumyr de  
 Balzordy Walterus Carnegy de Kynhard Gilbertus de Spens Daud  
 Fowlartoun Henricus Rate Cuthbertus Red Daud Allirdes Willelmus  
 de Nudry et Michael Ayr . Quibus ad partem subtractis deliberauerunt  
 et per dictum Thomam Fentoun eiusdem assise prolocutorem de sub-  
 scriptis punctis ut postea sequitur pronuntiauerunt, puncta vero in  
 dicta cedula contenta sunt hec, primo, ye xiiij fat of al yat cumis to  
 ye myl of Achdouy to grynd be Alexander Wricht and his coteris of  
 ye toun of Achdouy and ye xx fat of it yat gays away Item his part  
 of ye dam and ye myl hows Item ye uphaldyn and ye reddyn of ye myl  
 laid Item his part of ye brygyn of ye myl hed Item thryl to ye deray  
 corn and meil and rycht swa to ye seriand yt is to say of ylke hus-  
 band an thraf of corn and half an ferlot of meil, and of ylke coter

an pek Item y<sup>e</sup> bryngyn haym of y<sup>e</sup> mylstan quhen it fallis tyl him, Item an holl of ryng ber of ylke pluch Item thyr to y<sup>e</sup> smethy of ix ferlotis of meil of y<sup>e</sup> pluch Item y<sup>e</sup> bygyn of y<sup>e</sup> smethy . Que puncta suprascripta sunt obseruata temporibus Stephani Walteri quondam Episcoporum Brechineñ. et Johannis episcopi moderni successoris post eos, Et que puncta nunc et in posteris inuiolabiliter sunt obseruanda, sed quo ad punctum de blado et farina quo ad seriandum Episcopi dicta assisa remisit determinandum et pronuntiandum in propria Curia capituli apud Forfar per assisam tunc ibidem eligendam . Super quibus in dicta Curia actis et in prescripta cedula contentis Idem reuerendus pater a me notario publico subscripto sibi fieri petiit publicum instrumentum . . . ad perpetuam rei memoriam . . . Acta fuerunt hec anno mense . . . quibus supra hora duodecima in meridie uel eocirca, Presentibus Willelmo Ochterlowny de Kelly Johanne Ogyly de eodem Thoma Fentoun de Ogyly Dauid Dempstar de Caraldistoun Alexandro Crawmont de eodem Waltero Tulach de Bondynton Waltero Carnegy de Kynhard cum multis aliis testibus . . . Et ad maiorem suprascriptorum clarissimam et euidenciam predictus reuerendus pater requisiiit prefatum vicecomitis deputatum quatenus presens instrumentum sui sigilli munimine roboraret, quod et dictus deputatus gratanter concessit .

Et ego Alex<sup>r</sup> Thome presbiter Brechinensis diocesis publicus imperiali auctoritate notarius, Quia . . .

Transsumptum de literis carissimi Domini Regis Capitulo Brechinensi pro Vicaria de Quorchoqwhy .

XLVI. **I**n nomine Domini Amen . Uniuersis et singulis Presens publicum instrumentum inspecturis Johannes Villelmi Magister in artibus et bachalarius in decretis ac officialis Brechinensis Salutem in Domino .

Noueritis quod venerabilis vir Magister Johannes Lychtoun decanus ecclesie Cathedralis Brechinensis duas literas in papiro scriptas Signeto excellentissimi Principis et domini, domini Jacobi Dei gratia Regis Scotorum illustrissimi in cera rubea super clausuras dorsorum signatas et roboratas quarum literarum tenores inferius sunt inserti coram nobis exhibuit et judicialiter presentavit ac publice produxit petens humiliter a nobis ut huiusmodi literas ex auctoritate nostra transsumi et exemplari mandare dignaremur . . . Unde nos Johannes Officialis prefatus huiusmodi petitioni favorabiliter annuentes . . . vocatis prius omnibus et singulis . . . per edictum publicum in valuis ecclesie Cathedralis Brechinensis publice affixum et usque ad decimum diem mensis Aprilis anno Domini millesimo quadringentesimo quinquagesimo primo sequentem ad videndum . . . prefatas literas per nos . . . mandari judicialiter transsumi . . . Quo die . . . dictas literas Signeto dicti domini nostri Regis sigillatas . . . per notarium publicum infrascriptum transsumi . . . mandauimus . . . Tenor unius cum inscriptione huius dictionis REX in superiori margine sequitur et est talis . Venerabile clerkis We gret zow weile and for alsme kile as we ar informit y<sup>t</sup> y<sup>e</sup> vicarage of Cortochquhy pertenyng to zour presentacioun is vacand be y<sup>e</sup> promotioun of Schir Johne Thomsoun to ye parsonage of Inueraryte we exhort and prayis zou y<sup>t</sup> ze present our loued chaplane Schir Johne Harwar yar to as ze wile do ws singular plesans and halfe special thank of ws yarfor in tym cumyng . Wrytyn vnder our signet at Lithqw ye sext day of Januer . Que litera superscripta erat in dorso in hec verba Dilectis clericis nostris Decano et capitulo Brechinensi . Tenor alterius cum inscriptione huius dictionis REX in superiori margine . . . est talis, Hartlie beloued clerkis and oratoris We grete zow wele ande we suppose y<sup>t</sup> ze remember we wrate to yhou of befor makand zow request to present our loued chaplane Schir Johne Har-

war to the vicarage of Cortouquhy now vacande and as we ar informit yhe haue set the morne efter ye fest of the purificacioun of our lady to spede that mater and to present a persoune to the said vicarage, Qubarefore yhit as of before we exhort and tenderly requeris yhou that at our speciale instance ye quhilk we think sulde be acceptabill in sa smal a mater ze wald present our said chaplane to ye said vicarage as ze wil do ws a singular emplesance ande have speciale thank of ws in tyme cumyng . Wrytyn vnder our signet at Edinburgh ye xxviiij day of Januar . Que litera superscripta erat in dorso in hec verba Dilectis clericis et oratoribus nostris decano et capitulo ecclesie Brechinensis . Post que omnia predicta et singula Nos Johannes officialis prefatus presens transsumptum . . . cum originalibus . . . collationari fecimus . . . et comperimus . . . in omnibus concordare . . . et . . . decernimus quod . . . (eidem) . . . debeat . . . indubitata fides adhiberi . . . In quorum omnium testimonium hoc presens . . . per notarium publicum infrascriptum de mandato nostro desuper publicatum Sigilli nostri . . . fecimus appensione communiri . Datum et actum apud Brechin in loco consistoriali nostro consueto nobis inibi sedentibus Sub anno Incarnationis Dominice millesimo quadringentesimo quinquagesimo [primo] mensis vero Aprilis die decima hora undecima ante meridiem . . . Indictione xiiij<sup>ta</sup> Pontificatus . . . Nicolai . . . pape quinti anno quinto presentibus ibidem discretis viris Magistro Patricio Lokart magistro in artibus dominis Dauid Willelmi Jacobo Steil scriba ac notario publico et Nicholaio Johannis capellanis necnon Johanne Smert Cuthberto Rede Roberto Litstar ac Johanne Litstar ciuibus ciuitatis Brechinensis cum multis aliis . . .

Et Ego Dauid Andree presbiter Brechinensis diœcesis publicus auctoritate imperiali notarius . . .

Confirmatio Cartarum de libertate de Brechyn in omnibus per Jacobum secundum Regem Scottorum de omnibus Cartis .

XLVII. **J**acobus Dei gratia Rex Scotorum . . . Sciatis nos inspexisse . . . quasdam cartas nonnullorum predecessorum nostrorum Regum Scotie, quamdam etiam cognitionem factam ex mandato domini Regis David . . . per suum camerarium Walterum Bigare . Necnon aliam cognitionem ex mandato nostro factam per Johannem de Ogilvy de Luntrethin de libertatibus et priuilegiis ecclesie Brechinensis . Aliam etiam cognitionem ex mandato nostro factam coram dicto domino Johanne milite de Itinere Camerarie pro dicto domino Episcopo . Quarumquidem cartarum et cognitionum tenores sequuntur . . . Willelmus Rex Scotie . . . Sciatis me concessisse et carta mea confirmasse episcopis et Kyldaids de ecclesia Brechinensi donationem illam quam dedit eis Rex David auus meus per cartam suam de foro imperpetuum habituro in villa per dies dominicos Adeo libere sicut Episcopus Sanctiandree forum habet . Test. Andrea Episcopo de Cateness Nicholao Cancellario . Apud Brechin . Alterius vero carte domini Roberti Regis tenor . . . est talis, Robertus Dei gratia Rex Scotorum Vicecomiti et balliuis suis de Forfare Salutem Vobis per presentes firmiter inhibemus ne forum de Brechin in cuius libertate et possessione diutina nunc sunt Episcopus et canonici ecclesie Brechinensis et sui fuerunt predecessores a longo prout ex relatione fidedigna concepimus aut aliquas mercandias ibidem exercendas in aliquo grauētis perturbētis vel impediātis aliter quam in forma communis justitie propter quascumque literas a nobis forsitan impetratas hucusque vel de cetero impetrandas in preiudicium eorundem . In cuius Rei testimonium has literas nostras vobis ostendendas penes ipsos episcopum et canonicos remansuras sibi fieri fecimus

patentes . Apud Striuelyn septimo die Octobris anno regni nostri secundo . Alterius vero carte domini Roberti regis tenor sequitur . . . Robertus . . . [No. II.] . . . Tertie vero carte Roberti regis tenor . . . est talis, Robertus . . . [No. IV.] . . . Carte Daudid regis tenor sequitur . . . Daudid . . . [No. 9.] . . . Cognitio facta apud Brechyn coram domino Waltero de Bigare . . . per subscriptos juratos viz. dominos Daudid de Graham et Johannem de Strathachin milites Henricum de Fothringham Johannem de Rossy Willelmum filium Ade Johannem de Wellame Johannem Lamby Nicholaum Scall Robertum de Balbirny Alexandrum de Stratoun Johannem Wischart Willelmum Maksoun Johannem de Inchmethan Johannem de Gallouhill Daudid de Foulartoun Nicholaum de Tulach Patricium de Striuelyn Andream Dempstar auunculum Johannem de Allardes et Andream de Gledstane . Qui magno sacramento . . . [No. 16] . . . Alterius vero carte domini Daudid Regis tenor sequitur . . . Daudid Dei gratia Rex Scottorum Dilecto fideli nostro Waltero de Bigare Camerario nostro vel eius locum tenenti seu tenentibus ac Vicecomiti et balliuis nostris de Forfar vel eorum locatenentibus Salutem in Domino . Quia vidimus tam cartas clare memorie domini patris nostri quam aliorum regum Scotie predecessorum nostrorum etiam quamdam cognitionem ex mandato nostro per Camerarium nostrum apud Brechin factam per quas Episcopus et Canonici Ecclesie Cathedralis Brechinensis meram libertatem fori singulis diebus dominicis in ciuitate Brechinensi clare noscuntur habere Vobis et cuilibet vestrum stricte precipiendo mandamus quatenus de cetero dictum forum quoquomodo non impediatis nec a quoquo impediri seu turbari permittatis . Non obstante quibuscumque literis nostris que in contrarium a nobis emanarunt . Datum apud Abirdene Dominica in ramis palmarum Anno Regni nostri xxxvij<sup>o</sup> . Alterius vero carte domini Daudid Regis tenor . . . est talis . Daudid



. . . [No. VI.] . . . Cognitionis vero de nostro mandato facte tenor sequitur . . . Hec inquisitio facta fuit . . . [No. XLII.] . . . Quas vero cartas et cognitiones supradictas . . . pro perpetuo confirmamus . Reseruatis nobis et heredibus nostris dicti reuerendi in X<sup>o</sup> patris ac suorum successorum orationum suffragiis deuotarum . In cuius Rei testimonium presenti carte nostre confirmationis magnum sigillum nostrum apponi precepimus . Testibus Reuerendis in X<sup>o</sup> patribus Willelmo et Thoma Glasguensi et Candidecase ecclesiarum Episcopis . Willelmo domino Creichtoun nostro Cancellario et consanguineo predilecto, Dilectis consanguineis nostris Patricio domino le Grahame, Andrea domino le Gray, Georgio de Creichtoun de Carnis nostro ammirallo, Dauid Murray de Tulybardyn militibus . Magistris Johanne Arous archidiacono Glasguensi, et Georgio de Schoriswod rectore de Cultre apud Falkland primo die mensis Septembris Anno Domini millesimo quadringentesimo quinquagesimo primo Et Regni nostri decimoquinto .

Facultas condendi testamenta concessa Episcopis .

XLVIII. **J**acobus Dei gratia Rex Scotorum . Omnibus . . . [No. 86] . . .

Mortificatio Regis de annuo reddito xxx l. de terris de Fyndlark dato per Magistrum Robertum Crannocht cantorem Brechinensem capellanis chori eiusdem .

XLIX. **J**acobus Dei gratia Rex Scotorum . . . Sciatis nos quamdam cartam dilecti clerici nostri Roberti de Crannacht cantoris Brechinensis . . . ad plenum intellexisse sub hac forma Omnibus hanc cartam visuris vel audituris Robertus de Crannacht Cantor Brechinensis ac Rector ecclesie parochialis de Idwy Sanctiandree diocesis . . . Noueritis me ad glo-

riam et laudem omnipotentis Dei sancteque Trinitatis beate Marie virginis matris eiusdem et omnis celestis curie sanctorum . . . dedisse ad manum mortuam Deo omnipotenti sancteque Trinitati Marie virgini et omnibus sanctis ac capellanis canonicorum et perpetuis capellanis chori ecclesie cathedralis Brechinensis inibi diuina celebrantibus et imperpetuum celebraturis pro salubri et prospero statu excellentissimi et serenissimi principis et domini nostri metuendissimi domini Jacobi secundi diuina fauente clementia Scotorum regis ac Marie regine moderne antecessorum et successorum suorum ac pro salubri et prospero statu reuerendi in Christo patris domini Johannis de Crannacht Dei et apostolice sedis gratia Episcopi Brechinensis moderni et pro salute animarum eorundem cum eos ab hac luce migrare contigerit necnon pro salute anime mee Laurencii de Crannacht patris mei et Christiane matris mee fratrum et sororum antecessorum successorum amicorum benefactorum et omnium fidelium defunctorum unum annum redditum triginta solidorum usualis monete Scotie . . . leuandum . . . ad duos anni terminos . . . Penthecostes et Sancti Martini de totis et integris terris de Fyndlark honorabili scutifero Ade de Sanctoclaro spectantibus . . . jacentibus in regalitate de Kerymore infra vicecomitatum de Forfare ad celebrandum in predicta ecclesia Brechinensi ad altare sancte Marie virginis in eadem situatum in qualibet ebdomada cuiuslibet anni videlicet in die Mercurii statim et immediate post missam dominicalem unam missam de requiem secreto modo et si in ipsa die missa dominicalis cantata non fuerit propter certum impedimentum tunc statim et immediate post primam pro animabus predictorum dominorum Regis Regine Episcopi meique Roberti . . . (ut supra) . . . perpetuis temporibus duraturam . . . Insuper predicti capellani . . . post mortem meam annuatim et imperpetuum obitum meum in die obitus solempniter celebrabunt faciendo seruicium exequiarum cum omnibus . . . perti-

mentibus ut moris est cum placebo et dirige et in crastino missam solempnem de requiem cum nota et trigentali completo sequente habendo animas predictorum et animam meam in suis memento cum speciali collectâ et memoria de me in prefatis missis secretis annuatim et imperpetuum in tempore celebrationis dicti trigentalis in quocumque tempore anni contigerit . Tenendum et habendum dictum annum redditum triginta solidorum et proportionabiliter imperpetuum capellanis predictis . . . a me et heredibus meis . . . in puram et perpetuam elemosinam . . . In quorum omnium et singulorum testimonium sigillum meum presentibus est appensum coram testibus reuerendo in Christo patre . . . Johanne Episcopo Brechinensi antedicto necnon magistris et dominis David de Crannacht decano Brechinensi ac rectore de Tanadas Stephano Anguss thesaurario Johanne Steile Johanne Monypeny concanonice predicte ecclesie Brechinensis et Johanne Willelmi officiali eiusdem cum multis aliis apud Brechin prima die mensis Augusti anno Domini millesimo quadringentesimo quinquagesimo tertio . Quamquidem Cartam ac donationem pro perpetuo admortizamus et confirmamus Saluis nobis heredibus et successoribus nostris orationum suffragiis deuotarum . In cuius rei testimonium presenti carte nostre confirmationis magnum Sigillum nostrum apponi precepimus Testibus reuerendo in X<sup>o</sup> patre Jacobo episcopo Sanctiandree consanguineo nostro carissimo Willelmo domino Creichtoune nostro cancellario et consanguineo predilecto Dilectis consanguineis nostris Thoma domino Erskyn Georgio domino le Lesly Patricio domino le Glammis Willelmo domino Keith marescallo regni nostri Andrea domino le Gray magistro hospitii nostri Jacobo domino Forbas magistris Jacobo Lindesay preposito ecclesie collegiate de Lincloudane nostri secreti sigilli custode et Georgio de Schoriswod cancellario Dunkeldensi secretario nostro Apud Aberdene

secundo die mensis Augusti Anno Domini millesimo quadingentesimo quinquagesimo tertio Et Regni nostri decimoseptimo .

Instrumentum donationis ac assignationis annui redditus terrarum de Findlark date Capellani Ecclesie Brechinensis .

L. **I**n nomine Domini . . . pateat euidenter quod anno Incarnationis Dominice millesimo quadingentesimo quinquagesimo tertio nono die mensis Octobris Indictione secunda Pontificatus . . . Nicholai . . . pape quinti anno septimo . . . personaliter constitutus venerabilis uir magister Robertus de Crannoch Cantor Brechinensis ac Rector ecclesie parochialis de Yduy Sanctiandree diocesis tradidit et exhibuit ac manualiter et realiter per denarii traditionem de manibus suis in manibus discreti uiri domini Wyllelmi Henrici capellani chori Brechinensis ac protunc temporis procuratoris communis capellanorum predicti chori . . . publice ministravit . . . saisinam . . . de quodam annuo reddito triginta solidorum vsualis monete Scotie tempore solutionis currentis leuandum . . . per predictos capellanos . . . de totis et integris terris de Fyndlark cum pertinentiis jacentibus in regalitate de Kerymor infra vicecomitatum de Forfar tanquam suis ueris et indubitatis assignatis secundum . . . tenorem cartarum dicti magistri Roberti desuper confectarum et eidem procuratori communi . . . coram reuerendo in X<sup>o</sup> patre . . . Johanne episcopo Brechinensi necnon uenerabilibus et circumspectis uiris magistris et dominis Dauid de Crannoch decano Brechinensi Stephano Angus thesaurario et Johanne Monypeny concanonice predictae ecclesie . . . octauo die mensis Augusti anno supradicto . . . traditarum, ac demum eundem dominum Willelmum procuratorem communem nomine quo supra in aulam honorabilis scutiferi Ade de Sanctoclaro

domini de Fyndlark super fundum dictarum terrarum de Fyndlark situatam tanquam in pacificam possessionem dicti annui redditus triginta solidorum ut moris est introduxit et inclusit . Super quibus omnibus et singulis prefatus dominus Willelmus procurator . . . a nobis notariis . . . petiit publicum instrumentum . . . Acta fuerunt hec super fundum dictarum terrarum de Fyndlark ante introitum aule in meridie uel eocirca anno die . . . supradictis . Presentibus ibidem prouidis uiris et discretis Thoma Donaldi Roberto Wedyr et Johanne Valairoy cum diuersis aliis . . . Et ad maiorem rei euidentiam . . . prefatus magister Robertus Sigillum suum presentibus apposuit anno . . . quibus supra .

Et Ego Johannes Steyll Presbiter Dunkeldensis diœcesis publicus auctoritate imperiali notarius . Quia . . .

Et Ego Jacobus Steyll Presbiter Sanctiandree diœcesis publicus auctoritate imperiali notarius . Quia . . .

Carta Roberti de Hill facta Vicariis et Capellanis Ecclesie Brechinensis pro seruitio fiendo pro dicto Roberto et Marjoria Guld sponsa sua .

- LI. **O**mnibus hanc visuris vel audituris Robertus de Hill Ciuis Ciuitatis Brechinensis Salutem . . . Noueritis me ad gloriam Omnipotentis Dei . . . dedisse ad manum mortuam prout in confirmatione domini nostri Regis plenius continetur . . . [No. XLI.] . . . In quorum . . . testimonium Sigillum meum presentibus est appensum coram testibus reuerendo in X<sup>o</sup> patre . . . Johanne . . . Episcopo Brechinensi necnon magistris et dominis Daud de Crannoch Decano Brechinensi ac Rectore de Tanadas Sanctiandree diœcesis, Roberto de Crannoch Cantore Brechinensi ac Rectore de Idwy Sanctiandree diœcesis, Stephano Anguss thesaurario Brechinensi, Johanne Steill Johanne Monypeny canonicis predictæ ecclesie Brechinensis et Johanne Willelmi Officiali eius-

dem cum multis aliis apud Brechin tertio die mensis Nouembris anno Domini millesimo quadringentesimo quinquagesimo tertio etc.

Litera obligationis Vicariorum et Capellanorum Ecclesie Brechinensis pro Roberto de Hill et Marioria Gulde sponsa sua .

LII. **U**niuersis pateat per presentes Nos dominos Johannem Wyld Thomam Lang Simonem Barry Donaldum Mames Johannem Henrici Daud Andree Thomam Murdaci Daud Wyschard Gauinum Thome Johannem Barry Alexandrum Lyel Wyllelmum Henrici Laurencium Crannoch Jacobum Steil Daud Willelmi Willelmum Pay et Thomam Neiff Vicarios ac capellanos perpetuos chori ecclesie cathedralis Brechinensis vnacum consensu et assensu . . . Reuerendi in X<sup>o</sup> patris . . . Johannis . . . Episcopi Brechinensis Daud de Crannoch Decani et capituli eiusdem teneri et . . . obligari dilecto nostro Roberto de Hill Ciui ciuitatis Brechinensis quod predictus Robertus et Marioria vxor sua et eorum diutius viuens libere et sine omni impedimento . . . pro toto tempore vite sue gaudebunt . . . pro nobis et successoribus nostris vicariis et perpetuis capellanis chori predicti toto et integro tenemento nostro . . . unacum acra terre . . . (vide cartam XLI.) ita quod predicti Robertus et Marioria . . . erunt et remanebunt seu eorum diutius viuens . . . in libero tenemento predictorum tenementi et acre . . . et nos vicarii . . . in feodo eorundem . . . Etiam predicti Robertus et Marioria . . . pro tempore vite sue dictum tenementum in tecto cum tegul. refectionibus aliis et emendis condigne supportabunt . . . Reddendo . . . dicti Robertus et Marioria . . . Regi . . . pro annuo reddito . . . annuatim decem solidos . . . prout consuetum fuit temporibus elapsis . . . Ac nobis . . . unam marcam usualis monete Scotie pro qua nos . . . ad voluntatem dictorum . . . vnum trigentale cum

placebo et dirige ac missa de requiem cum nota celebrabimus habendo animas suas . . . in nostris . . . memoriis ut consuetum est . Insuper nos vicarii . . . obligamus nos dicto Roberto ad . . . implendum seruicia diuina pro animabus dictorum Roberti et Mariorie cum eos ab hac luce migrare contigerit prout tam in alia carta dicti Roberti et sub sigillo suo nobis inde confecta et tradita tactum est . . . In quorum . . . fidem . . . nos vicarii . . . quia sigilla propria non habuimus Sigillum Commune capituli . . . procurauius nomine capituli Brechinensis coram testibus viz. Venerabilibus viris magistris et dominis Roberto de Crannoch cantore Stephano Angus thesaurario Johanne Steil prebendario de Kylmor Johanne Monypeny prebendario de Buthirgill concanonicis necnon domino Alano Simonis capellano clerico parochiali dominis Edwardo Roberti et Willelmo Smyith in ordine diaconatus ordinatis et multis aliis, ac presentibus appendi vna cum Sigillo autentico prefati reuerendi patris xvii die mensis Nouembris anno Domini millesimo quadringentesimo quinquagesimo tertio in Capitulo Brechinensi post primam in testimonium veritatis omnium premissorum .

Instrumentum Saisine Johannis Smart .

LIII. **I**n Dei nomine . . . pateat euidenter quod anno Domini millesimo quadringentesimo quinquagesimo octauo mensis vero Maij die nono Indictione sexta Pontificatus . . . Calisti . . . pape tertii anno quarto . . . personaliter constitutus discretus vir dominus Willelmus Pa procurator communis Capellanorum chori Brechinensis cum consensu totius capituli . . . quoddam tenementum jacens in civitate Brechinensi ex parte occidentali communis vici eiusdem inter terram Johannis de Buthergask ex parte australi ex parte una et terram Johannis Talzour ex parte boreali ex parte altera cum pertinentiis per fustem et baculum

in manibus honorabilis viri Johannis de Schoriswod balliui ac procuratoris venerabilis viri magistri Georgii de Schoriswod magistri Domus Dei de Brechin . . . sursum reddidit pureque et simpliciter resignauit . . . Quodquidem tenementum . . . prefatus Johannes Schoriswod pro uido viro Johanni Smert ciui Brechinensi per eorundem fustis et baculi traditionem tradidit et donauit mandando et precipiendo Malcomo de Guthry balliuo dicte ciuitatis quatenus predicto Johanni Smert . . . saysinam . . . prefati tenementi . . . ministraret qui vero Malcomus ad predictum tenementum accessit ac per terram et lapidem . . . saysinam . . . prefato Johanni Smert tradidit et manualiter inuestiuit ipsum in domibus eiusdem tanquam in pacificam possessionem includendo . Quibus factis sepedictus Johannes Smert in sua legitima potestate . . . predictum tenementum . . . in manibus dicti Johannis Schoriswod per fustem et baculum iterum pure et simpliciter resignauit . . . Quiquidem Johannes Schoriswod predictum tenementum . . . per prefata fustem et baculum suprascripto domino Willelmo Pa capellano procuratori communi totius capituli et capellanorum chori Brechinensis tradidit . . . et mandauit dictus Johannes Schoriswod prefato Malcomo ac plenam potestatem concessit quatenus . . . saysinam . . . predicti tenementi . . . prefato domino Willelmo procuratori nomine capituli et capellanorum chori predicti traderet . . . Ipse vero Malcomus balliuus antedictus ad prefatum tenementum personaliter accessit et ibidem per terram et lapides ut moris est . . . saysinam . . . predicti tenementi prefato domino Willelmo . . . tradidit . . . Tenendum et habendum dictum tenementum . . . predictis capellanis chori . . . a suis successoribus imperpetuum . . . sicut in carta predicti Johannis Smert . . . continetur . Super quibus omnibus et singulis predictus dominus Willelmus Pa et dictus Johannes Smert a me notario publico sibi fieri petierunt . . . instrumentum . Acta fuerunt hec in ciuitate



Brechinensi . . . sub anno . . . Presentibus ibidem honorabilibus ac prouidis uiris Johanne Erskyn de Dun Thoma Lydal Johanne Litstar Johanne Aval Johanne Walcar Johanne Talzor Alexandro Webstar sergeando cum multis aliis . . .

Et Ego Johannes Gy Presbiter Brechinensis diœcesis publicus auctoritate imperiali notarius, quia . . .

Carta venditionis de duabus marcis de terris de Cukestoun facta Waltero de Carnegy per Johannem de Hill de Cukestoun .

Ane chartour giffin be John Hill to Walter Carnegy off Kinnard off xxvj s. viij d. out off Cuikstoun .

LIV. **O**mnibus hanc cartam visuris vel audituris Johannes Hyl de Cukystoun Salutem . . . Sciatis me . . . vendidisse . . . Waltero Carnegy de Kynhard vnum annum redditum duarum marcarum usualis monete Regni Scotie annuatim . . . de tota et integra quarta parte terrarum mearum de Cukyston jacentium in baronia de Roscolby infra vicecomitatum de Forfar . . . Tenendum et habendum prefatum annum redditum . . . dicto Waltero heredibus suis et assignatis a me heredibus meis et assignatis . . . in feodo et hereditate imperpetuum . . . Ac etiam ego prefatus Johannes . . . obligo me heredes meos . . . ad warrantizandum . . . Necnon si dicto Waltero seu heredibus suis in prefato annuo redditu tutiores fore placeat, obligo me et heredes meos . . . ad resignandum dictum annum redditum in manibus domini mei superioris in fauorem eorum . . . Et ego dictus Johannes . . . dictum annum redditum . . . cum pertinentiis ac eius venditionem . . . contra omnes . . . warrantizabimus . . . In cuius Rei testimonium sigillum meum huic carte mee est appensum apud Cukyston xxj die mensis Decembris Anno domini millesimo quadringentesimo sexagesimo primo . Hiis testi-

bus Johanne Mancow Johanne Skady Ranaldo Galychtly Willelmo Muncur burgensibus de Dunde et domino Alexandro Forfar presbitero et notario publico .

Exhortatio Regis Jacobi directa Episcopo Brechinensi ad reuocandum possessiones Ecclesie Brechinensis inique alienatas .

- LV. **J**acobus Dei gratia Rex Scotorum Reuerendo in Christo patri Patricio Episcopo Brechinensi consanguineo nostro Salutem . Feruor caritatis deuotionisque zelus ac cordis affectus desiderabilis nos inducunt vt omnium Regni nostri ecclesiarum, et signanter beatissime trinitatis Brechinensis, cui presulari dignitati Dei et apostolice sedis gratia presidetis diligenter ac solcite vtilitatibus intendamus, et vos ad tam diligentem vigilantiam excitemus, quod ea que predecessorum vestrorum temporibus in dampnum et dispendium ecclesie beatissime trinitatis antedictae vestre sponse extiterant male gesta ad Dei laudem et ipsius ecclesie vtilitatem et commodum per vestras circumspectionem et solertiam nostro cooperante auxilio refoventur . Cum itaque concepimus quod quidam vestri predecessores qui ex propriis nichil ecclesie Dei contulerant omnipotentis indignationem Dei minime formidantes nonnullas ecclesie cathedralis antedictae possessiones eidem ecclesie propter diuini cultus et eius obsequii augmentum ac status prelatorum eiusdem honorifice sustentandos, ex preclarissimorum principum Regni Scotie nostrorum progenitorum deuotione pro suarum ac antecessorum et successorum suorum salute animarum collatas auaritie cecitate execrabilis vel amore pecunie vel horrende cupiditatis impulsu seu carnalium affectionum seductu in ipsius ecclesie graue dispendium et contra eorundem predecessorum vestrorum honorem titulo alienationis irreuocabiliter detraxerunt quod dicta ecclesia cathedralis vestra sponsa quam in hono-

rem beatissime trinitatis nostri inclytissimi progenitores ipsius ecclesie fundatores prerogatiua speciali ex suis deuotione et elemosinis in facultatibus magnifice dotauere, Nunc in suis ita sit dampnificata facultatibus et antiquis possessionibus diminuta quod eiusdem prelati suum honorifice ecclesie statum queant minime sustentare cum valde sit iniquum et rationi ac juri dissonum ea que per principes christianos pro suorum remedio peccaminum venerabilibus Dei ecclesiis sunt collata, aliis quibusuis humanis vsibus applicari ac possessiones ecclesie per antecessores irrationabiliter distributas alienatas seu distractas conueniat successoris prudentia ad jus et proprietatem reuocari . Vos igitur exhortamur et precipimus quatenus omnes et singulas alienationes quarumcumque terrarum ecclesiarum et possessionum dicte ecclesie beatissime trinitatis antedicte immobilium per quoscumque predecessores vestros irrationabiliter iniuste sine urgenti necessitate et euidenti vtilitate ac preter juris solempnitatem que in talibus perpetuis alienationibus fieri jura decreuerant factas ad jus et proprietatem eiusdem vestre ecclesie reuocare cum effectum et cum omni celeritate possibili reducere studeatis, earundem possessionum terrarum aut ecclesiarum detentores occupatoresque iniustos ad restitutionem seu ad puram et liberam in manibus vestris dimissionem earundem per censuram ecclesiasticam compellentes . Nosque vniuersis et singulis Justiciariis vicecomitibusque balliis ceterisque officariis nostris subditis et ministris ad quorum noticias presentes litere peruenerint firmiter precipimus et mandamus quatenus Vobis vestris procuratoribus actornatis et ministris in premissa et etiam premissorum executionem quotiens debite fuerint requisiti impendant assistenciam defensionem auxilium concilium et fauorem prout nostram indignationem euitare voluerint . Et nos in premissis quatenus nobis incumbit paratos vobis habebitis ad ministrandum justitie complementum . Datum sub magno Sigillo nostro apud

ciuitatem Sanctiandree secundo die mensis Ianuarii anno Domini millesimo quadringentesimo sexagesimotertio . Et Regni nostri quarto .

Transsumptum Instrumenti super tenemento et interruptione possessionis eiusdem .

LVI. **I**n Dei nomine . . . Pateat euidenter quod anno a natiuitate Domini millesimo quadringentesimo sexagesimo quarto mensis vero Maij die decimoquarto Indictione duodecima Pontificatus . . . Pii . . . pape secundi anno sexto . . . Personaliter constitutus Discretus vir dominus Willelmus Paa procurator communis Capellanorum chori Brechinensis . . . coram venerabili et circumspecto viro Magistro Johanne Willelmi officiali generali Brechinensi in loco capitulari eiusdem iudicialiter pro iudice sedente comparuit et quoddam protagollum manu discreti viri quondam Alexandri Thome notarii publici prout asseruit fideliter scriptum ibidem ostendebat et ab eodem iudice tunc in iudicio sedente dictum protagollum si manus dicti notarii esset examinari et attemptari per testes fidedignos qui manum ipsius viderunt et nouerunt instanter petiit . Quiquidem iudex examinatis per eum testibus et eorum positionibus pro affirmatione manus dicti notarii in eodem protagollo diligenter et auisate auditis prefatum protagollum esse efficax et validum ac ipsius domini Alexandri notarii publici fore manus decreuit et pronunciauit et idcirco ipsum in formam publicam et exemplari et redigi mandauit ita quod eidem protagollo tanquam instrumento completo ab omnibus fides indubia prebeat et adhibeatur . Cuiusquidem . . . tenor . . . est talis . Anno Incarnationis Dominice millesimo cccc° tricesimonono xxiiij die mensis Maij Indictione secunda Pontificatus Eugenii anno nono . In mei notarii . . . presentia personaliter constitutus discretus vir dominus Thomas Lang capellanus chori Brechinensis procura-

tor . . . capellanorum dicti chori . . . asserens quod ad notitiam ipsorum devenit quod quondam Walterus Dempstar ballivus domini Episcopi . . . tradidit et ministravit cuidam Willelmo Fute saysinam . . . cuiusdam tenementi jacentis ex parte orientali civitatis eiusdem de quo tenemento . . . Capellani chori . . . fuerunt ex tunc et per duos annos elapsos in possessione pacifica . Quas quidem possessionem et saysinam sic traditas et receptas si saysina et possessio dici valeant ipse prefatus dominus Thomas Lang nomine et ex parte ceterorum capellanorum chori Brechinensis per abstractionem tecture domus dicti tenementi et ignis incendium fregit contradixit et interrupsit Solempniter protestando quod dicta saysina . . . capellanis chori . . . nullum generaret preiudicium nec iuri et possessioni dicti tenementi eis primitus acquisitis nullatenus noceret . De et super quibus et etiam testibus dominis Johanne Forestar Roberto Crumby Johanne Willelmi presbiteris Laurencio Smyth David Lyttistar Alexandro Foringham Johanne Bouer Willelmo Thowlas Waltero de Crag Johanne Cabell Johanne Smytht Johanne de Pantown Willelmo Lang et Willelmo Patricii cum multis aliis testibus . . . Super quibus omnibus et singulis prefatus procurator . . . a me notario . . . petiit publicum instrumentum . Acta fuerunt hec hora nona ante meridiem . . . loco anno . . . quibus supra . Presentibus pro tunc ibidem venerabilibus et discretis viris viz. Magistro Moricii in utroque doctore Magistro Waltero Idill canonico Aberdonensis et Brechinensis ecclesiarum Domino Willelmo Rind subdecano Brechinensi et domino Johanne Michaelis capellano cum diuersis aliis . . .

Et Ego Patricius Massoun clericus Brechinensis diocesis publicus autoritate imperiali notarius, quia . . .

Protestatio Magistri Johannis Lok .

LVII. **I**n Dei nomine . . . pateat euidenter quod anno ab incarnatione Domini millesimo quadringentesimo sexagesimo quarto mensis vero Octobris die vicesimo tertio . Indictione decima tertia . Pontificatus . . . Pii . . . Pape secundi qui tunc ut communi relatione in toto regno Scotie fuit vulgatum feliciter diem clausit extremum anno septimo . In mei notarii . . . presentia personaliter constitutus Venerabilis vir Magister Johannes Lok in theologia et artibus magister et rector ecclesie parochialis de Fynnewyn Brechinensis diœcesis quamdam cedulam papiriam formam appellationis in se continentem michi tradidit perlegendam copiandam et in publicam formam redigendam . Cuius tenor . . . est talis . Cum appellationis Remedium ab utroque jure salubriter sit introductum vt nedum lesis et oppressis verum etiam ledi et opprimi veresimiliter se timentibus in futuris debite succuratur . Hinc est quod ego magister Johannes Lok predictus sentiens ecclesiam meam de Fynnewyn Brechinensis diœcesis et me lesos per vos venerabiles viros Magistrum Thomam de Lydderdayl doctorem in Decretis officialem prouincialem Sanctiandree et Johannem Willelmi in artibus magistrum et officialem prouincialem Brechinensem ex et pro eo quod fecistis me citari ad comparendum coram vobis apud le Parkfurde infra parochiam de Fynnewyn vigore cuiusdam suspecte et surreptitie commissionis mendaciter impetrate a Reuerendis in X<sup>o</sup> patribus Jacobo et Patricio Episcopis Sanctiandree et Brechinensi per venerabilem et illustrem virum Magistrum Walterum Stewart archidiaconum Sanctiandree ad videndum et audiendum inquisitionem fieri de possessorio jure garbarum decimarium de Parkfurde indubitate pertinentium ad ecclesiam de Fynnewyng cum tamen non fuit commissum in asserta vestra commissione sicut

refero me ad declarandum per vestram assertam et pretensam commissionem et sic excessistis fines mandati vexantes me laboribus et expensis de quibus protestor . Insuper vos venerabiles viri domini Thoma et Willelme pretendentes vos inquisitores fideles nimis reddidistis vos suspectos ecclesie mee et michi eo quod pro vestra inquisitione si inquisitio dici debeat si pro non tantum citastis parochianos de Rascolby firmarios dicte ecclesie de Rascolby et qui tenentur astricti debito prefato Magistro Waltero qui minus sciuerunt metas et terminos inter parochias de Rascolby et Fynnewyng nullos tamen vocari fecistis alterius parochie et de Fynnewyng qui magis nouerunt et noscunt quia proprinquior est eiis et magis vicina illa terrula de cuius decima orta est lis et controuersia . Etiam cum actor debeat sequi forum rei prefatus Magister Walterus debuit prosecutum fuisse ecclesiam meam Brechinensis diocesis coram ordinario et ordinario jure quibus semper eram paratus Et non extraordinarie per viam commissionis signanter reuerendi patris et domini mei specialissimi Episcopi Sanctiandree a quo ecclesia de Rascolby totaliter est exempta in iurisdictione vt sibi satis constat vnde michi nullum complementum justitie ministrari potest quo ad hoc cum idem Magister Walterus cui pertinet iurisdictione sit pars aduersa quem non est veresimile consentire cuicumque nisi ad vtilitatem ecclesie sue et suam ut presumitur . Vos etiam Magister Johannes Willelmi nolulistis me audire offerentem me probaturum coram vobis tanquam officiali generali Brechinensis diocesis quod predicta terrula erat et est parochia ecclesie parochie de Fynnewyng Etiam consentientem quod poneretis decimas garbarum de quibus est orta tota lis sub arto vestro sequestro vsque ad finem probationis cum tamen ut intelligo hoc sit juri et rationi consonum et juris autoritate fulcitum . Ob igitur premissa grauamina et alia veresimiliter per vos inferenda a vobis Thoma et Johanne pretensis commissariis et vestra pretensa in-

quisitione prouoco et appello et appellationem peto cum instantia debita et vicibus repetitis ad reuerendum in X<sup>o</sup> patrem Patricium . . . Episcopum Brechinensem et eius venerabile auditorium subiciens ecclesiam meam et me sue tuitioni protectioni et defensionis eiusdem coram quo offero me paratum ad faciendum omnem justitiam ad mandatum vel coram quocumque uno vel pluribus duxerit committendum protestando quod nichil cedat ecclesie mee in preiudicium quo ad jus petitorium meque predictis reuerendis patribus ad faciendam eisdem fidem juris possessorii quicquidem sibi vos pretensi commissarii ex vestra inquisitione presumpta putaueritis in contrarium Quam appellationem prosequar loco et tempore per reuerendum dominum Episcopum Brechinensem post eiusdem legitimam presentationem prefigendam . De et super quibus omnibus et singulis prefatus constitutus Johannes Lok a me notario publico infrascripto . . . petiit . . . instrumentum . Acta fuerunt hec in campo post domum Johannis fabris parochiani de Fynnewyn coloni inhabitantis apud le Parkfurde et colentis terram de cuius decima garbali est controuersia Anno mense . . . quibus supra . Presentibus ibidem Venerabilibus et discretis viris magistris Andrea Morison licentiato in utroque jure Donaldo Heriss sacerdote et magistro in artibus Thoma Ogiluy et Johanne Dury clericis una cum nonnullis aliis . . .

Et Ego Edwardus Roberti presbiter Brechinensis diocesis publicus auctoritate imperiali notarius . Quia . . .

Reductio Balliuatus Walteri Dempstar et assedationis terrarum Episcopatus Brechinensis .

LVIII. **J**acobus Dei gratia Rex Scotorum Vicecomiti et balliuis suis de Forfare Salutem . Sciatis nos quoddam Actum siue decretum per consules nostros inferius descriptos datum et promulgatum Utique intellixisse



in vulgari sub hac forma At Sanctandroiss ye vj day of ye moneth of March ye zeire of oure Lorde a thousand four hundreth sixty and four zeris The lordis of oure souerane lordis consale vnderwritin that is to say a reuerend fader in Criste James bischop of Sanctandros Nynian bishop of Galway venerable faderis in Criste Archibald abbot of Hali-rudehouss Henry abbot of Paslay Patrik abbot of Newbotil nouble and michtie lordis Andro lorde Avandale chauncelar of Scotland Colin erle of Ergile John lord Dernle Sir John of Culquhone of yat ilke knicht comptrollour master Dauid Guthre of Kincaldrum thesaurer master Archibald of Quhitelaw secretar and master Fergus M<sup>c</sup>Dowall clerke of register to oure souerane lorde In the actioun ande causs movit be a reuerend fadir in Criste Patrick bischop of Brechin in ye name and behalue of his kirk of Brechin on ye ta parte again Walter Dempstar of Ochtirles ande Elizabeth his moder on ye toyir parte tueching the wrangwis wythhalding occupatioun manuring and setting of ye landis of Ardach Aldecat Botheris ande Netherpetforth with ye pertinentis with ye officis of bailliery and chaumerlantry of the samyn pertening to ye said reuerend fader and his kirk of Brechin and wrangwisly analyet and set again ye forme of law fra his said kirk be his predecessouris The lordis of consale abouewritin deliueris and decrettis yat becauss ye said alienacioun is set ande made in grete skaith dampnage preiudice ande hendring of ye said kirk ande expressly againis the fourme ande ordour of ye common law ande againis ye thingis requirit to be obseruit in sic alienacioun . That yarfor ye said alienacioun and sett is of na avale force nore effect ande ye said landis and officis with yaire pertinentis in tyme to cum to be reducit to ye richt propirte possessioun and vtylite of ye said reuerend fadir his kirk ande successouris ande he ande yai frely to dispone yarupon ande ye said Walter nore Elizabeth his moder nore nane of yaire ayeris to haue dale or entrometting yar-

with in tyme to cum vnder al pane ande charge yai may intrin aganis  
 oure souerane lordis areste ande our souerane lordis hyenes to defend  
 the said reuerend fader his kirk ande successouris pesably in possessioun  
 brouking and joising of ye saidis landis ande office as efferis and as he  
 is bundin of law til him ande al vthir prelatis within his realme Datum  
 et extractum de libro actorum per me Alexandrum Scot clericum con-  
 siliij pro tempore sub meis signo et subscriptione manuali anno die . . .  
 supradictis . Quodquidem actum siue decretum ac omnia et singula in  
 eodem contenta . . . pro perpetuo confirmamus . Quare vobis vice-  
 comiti et balliuis de Forfare stricte precipimus et mandamus quatenus  
 dictum actum in omnibus suis punctis et articulis executioni debite de-  
 mandetis ac dicto reuerendo in X<sup>o</sup> patri et suis officariis et procura-  
 toribus in reductione terrarum et officiorum predictorum sibi sue ecclesie  
 Brechinensi ac suis successoribus secundum tenorem dicti nostri decreti  
 ac aliarum literarum nostrarum sub magno sigillo nostro sibi alias con-  
 cessarum super reductione alienationum in dampnum sue ecclesie per  
 suos predecessores minus iuste factarum intendatis et pareatis sub omni  
 pena quam erga nostram regiam incurrere poteritis maiestatem . Datum  
 sub testimonio magni sigilli nostri apud ciuitatem Sanctiandree septimo  
 die mensis Marci anno regni nostri quinto .

Alteratio fori Brechinensis de die dominica ad diem lune .

LIX. **J**acobus Dei gratia Rex Scotorum . Omnibus probis hominibus suis  
 ad quos presentes litere peruenerint salutem . Quia ad honorem et lau-  
 dem omnipotentis Dei in augmentum cultus diuini ex deliberatione  
 nostri consilij mutauimus et tenore presentium mutamus forum ciuitatis  
 de Brechyn solitum diebus dominicis obseruari ad Diem lune vnaquaque  
 ebdomada futuris perpetuis temporibus obseruandum Concessimus igitur

et tenore presentium concedimus balliuis et ciuibus dicte ciuitatis vt habeant teneant et possideant singulis ebdomadis imperpetuum dictum forum dicto die lune Adeo libere cum omnibus et singulis libertatibus priuilegiis et proficuis solitis et consuetis, et sicut alias diebus dominicis ipsum forum solebat teneri et obseruari . In cuius rei testimonium presentibus magnum Sigillum nostrum apponi precepimus apud Linlithqw vicesimo nono die mensis Junii Anno Domini millesimo quadringentesimo sexagesimo sexto Et regni nostri sexto .

Instrumentum Renunciationis Johannis Dempstar terrarum de Ardauch cum pertinentiis .

LX. **I**n Dei nomine . . . Cunctis pateat euidenter quod anno Incarnationis Dominice millesimo quadringentesimo sexagesimo octauo mensis vero Maij die quarto Indictione decima quinta Pontificatus . . . Pauli . . . pape secundi anno quarto Coram reuerendo in X<sup>o</sup> patre . . . Johanne Episcopo Brechinensi . . . personaliter constitutus Johannes Dempstare de Ouchtirlaiss totas et integras terras de Ardaucht Botheris et Aldecat et Nether Pitforthe necnon officia balliatus et camerariatus ecclesie prefate Brechinensi spectantia in manibus dicti reuerendi patris sursum reddidit pureque simpliciter resignauit ac omne jus et clameum proprietatem et possessionem que et quas predecessores sui habuerunt seuque sibi Johanni aut heredibus suis competere poterint infuturum in vel ad prenomintas terras ac officia balliatus et camerariatus predicta cum pertinentiis a se et heredibus suis prefato reuerendo patri et successoribus suis omnino quiteclamauit imperpetuum renunciando simpliciter et expresse omnibus et singulis literis munitis et cartis euidentiis instrumentis ac aliis documentis quibuscumque vbicumque et per quoscumque inde confectis quarum seu quorum

vigore predecessores sui pretendebant seu ipse Johannes pretendebat se jus habere in vel ad dictas terras ac officia balliatus et camerariatus cum pertinentiis prefato reuerendo patri suisque successoribus et ecclesie Brechinensi de jure ab antiquo spectantia et pertinentia itaque nec ipse Johannes heredes sui aut successores nec aliquis alius nomine eorundem jus vel clameum possessionem aut proprietatem in dictis terris officiisque balliatus et camerariatus cum pertinentiis aut in aliqua parte eorundem titulo quocumque vel scripto seu juris remedio quouismodo vindicare poterit aut poterint in futurum sed ab omni juris titulo tam petitorio quam possessorio habito vel habendo in vel ad dictas terras . . . se heredes suos et successores suos quoscumque asseruit et voluit eo decreto penitus et omnino exclusos et imperpetuum absolutos ac etiam excludendos presentis instrumenti per tenorem . Preterea idem Johannes Dempstare genibus flexis manibusque suis clausis ac infra manus prefati reuerendi patris coniunctis et impositis suum seruitium et homagium eidem reuerendo in X<sup>o</sup> patri et suis successoribus fiendis et impendendis pro toto tempore vite sue contra omnes mortales promisit concessit et realiter exhibuit sua allegatione supremo domino nostro Regi ac suo seruitio magnifico et potenti domino domino Daud Comiti Craufurdie et domino Lindesai debitis duntaxat exceptis . Ad que omnia et singula modo et forma premissis fideliter firmiter et irreuocabiliter fraude et dolo postpositis conseruanda perficienda et perimplenda sepedictus Johannes Dempstare tactis sacrosanctis Dei euangeliis iuramentum prestitit corporale . De et super quibus omnibus et singulis prefatus reuerendus pater a me notario publico infrascripto sibi fieri petiit . . . publica instrumenta . Acta erant hec in Curia Cathedrali Brechinensi in domo Capitulari eiusdem hora undecima ante meridiem . . . sub anno mense . . . quibus supra . Presentibus ibidem venerabilibus honorabilibus et discretis viris Magistris Duncano

Lychtoun Cancellario et Vicario Aberdonensis et Brechinensis ecclesiarum Johanne Athilmar preposito ecclesie collegiate sancti Saluatoris infra ciuitatem Sanctiandree Georgio Seras Cantore Brechinensi Johanne Willelmi Canonico ac Officiali generali eiusdem Dauid Balfour de Caraldstoune Dauid Meldrum filio et apparente herede domini de Segy Roberto Foulartoun Roberto Lummsiden dominis Dauid Willelmi Roberto Douchter Simone Barry Johanne Lownane Capellanis et Johanne Brechin clerico chori Brechinensis testibus . . .

Et Ego Edwardus Roberti presbiter Brechinensis diœcesis publicus auctoritate imperiali notarius . Quia . . .

Instrumentum Resignationis et possessionis annui redditus xxvj f. viij<sup>d</sup>  
 Roberti Thowless .

LXI. **I**n nomine Domini . . . Pateat euidenter quod anno Incarnationis Dominice millesimo quadringentesimo sexagesimonono mensis vero Junii die decimo Indictione secunda Pontificatus . . . Pauli . . . Pape secundi anno quinto . . . Personaliter constitutus Robertus Thoulace cum consensu et assensu Willelmi Thoulace patris sui quendam annum redditum viginti sex solidorum et octo denariorum vsualis monete regni Scotie de tenemento suo vnacum acra eiusdem jacente inter terram Malcomi Guthre ex parte boreali ex parte una et terram Johannis Scaw ex parte australi ab altera cum pertinentiis leuandum et percipiendum In manibus Ricardi Wilzamsoun vnus balliuorum ciuitatis Brechinensis per traditionem unius denarii ut moris est sursum reddidit pureque et simpliciter resignauit . Quiquidem balliuus antedictam . . . resignationem . . . recepit . . . et . . . discreto viro domino Nicholao Jonson presbitero communi procuratori capellanorum chori Brechinensis predicti annui redditus . . . saisinam . . . tradidit . . . secundum

. . . tenorem carte per dictum Robertum prefatis capellanis desuper confecte . . . De et super quibus . . . dictus dominus Nicholaus a me notario . . . petiit . . . instrumenta . Acta fuerunt hec ante portam dicti tenementi hora quasi septima post meridiem . . . Presentibus Roberto Litstar Willelmo Strathauquin et Johanne Sadiller ciuibus dicte ciuitatis . . .

Et ego Patricius Massoun presbiter Brechinensis diœcesis publicus auctoritate imperiali notarius quia . . .

Carta Roberti Thoulace pro se et Johanne Dempstar super annuo reddito .

LXII. **O**mnibus hanc cartam visuris vel audituris Robertus de Thoulace ciuis Brechinensis Salutem . . . Noueritis me . . . concessisse . . . Deo omnipotenti beatissime virgini Marie et omnibus sanctis et capellanis chori ecclesie cathedralis Brechinensis . . . et suis successoribus . . . pro salute anime mee animeque Margarete sponse mee ac animarum patris mei et matris mee necnon et pro anima Nicholaii Howye quondam ciuis Brechinensis in puram et perpetuam elemosinam unum annuum redditum viginti sex solidorum et octo denariorum vsualis monete Regni Scotie de toto et integro meo tenemento jacente infra ciuitatem Brechinensem ex parte orientali magni vici eiusdem inter terras Malcomi Guthre ex parte boreali ex parte una et Johannis Scall ex parte australi ex altera partibus necnon et de acra terre arabilis eidem tenemento adiacentis et ab antiquo pertinentis . . . cum pertinentiis jacente inter acram Jacobi Tailzoure ex parte orientali ex parte una et acram Thome Alani ex parte occidentali ex parte altera ad duos anni terminos usuales . . . annuatim leuandum . . . Et quia honorabilis vir Johannes Dempstar de Ochtirles vnam marcã annui

redditus vsualis monete . . . de suo tenemento vulgariter dicto Cattiscors . . . jacente in fine australi civitatis Brechinensis ex parte occidentali eiusdem descendente versus communem viam regiam que ducit ad pontem de Brechin inter terram Johannis Cokburn ex parte una et ascendendo versus boream vsque ad verticem montis jacentis versus australem gabulum parui molendini de Brechin ex parte boreali ex parte altera michi et heredibus meis libere concessit et donavit Volo igitur . . . concedo et consentio quod fiet mentio specialis pro anima dicti Johannis Dempstare animabusque David Elizabeth et Walteri Dempstar et omnium parentum suorum ac omnium fidelium defunctorum . Tenendum et habendum . . . dictum annum redditum . . . prefatis capellanis . . . in perpetuam elemosinam . . . Faciendo inde et solempniter celebrando predicti capellani et sui successores qui pro tempore fuerint annuatim pro animabus omnium et singulorum predecessorum et omnium fidelium defunctorum Sabbato in octavis pasche unum anniuersarium solempne cum missis de requiem ac unum obitum ultimo die mensis Julii cum placebo et dirige et missa in crastino solempniter cum nota Necnon et qualibet ebdomada per annum unam missam de Requiem ad altare nostre Domine omni tempore anni in sabbato annuatim celebrandam infra dictam ecclesiam cathedralem Brechinensem tantum pro omni alio onere seu seruiicio . Et ego vero Robertus Thoulace heredes mei . . . predictum annum redditum . . . ac eius liberam donationem . . . prefatis capellanis . . . warantizabimus . . . In cuius rei testimonium Sigillum meum huic presenti carte mee est appensum apud Brechin octauo die mensis Julii anno Domini millesimo quadringentesimo sexagesimonono .

Carta Comitis Craufurdie de annuo redditu de terris de Drumkarne .

LXIII. Omnibus hanc cartam visuris vel auditoris Daud Comes Craufurdie et Dominus Lindesay Salutem . . . Sciatis nos ad laudem et gloriam sancte et indiuidue Trinitatis beatissime Virginis matris et omnium celestis curie Sanctorum libere dedisse . . . Deo omnibusque sanctis supradictis ac capellanis in choro ecclesie Brechinensis . . . et suis successoribus . . . pro salute anime nostre animarumque antecessorum et successorum nostrorum et omnium fidelium defunctorum . . . unum annum redditum trium librarum vsualis monete regni Scotie tempore solutionis currentis de terris nostris ville de Drumkarne jacentibus in dominio nostro de Glenesk infra vicecomitatum de Forfar per predictos capellanos . . . ad duos anni terminos usuales . . . annuatim leuandum . Tenendum . . . in puram elemosinam . . . Reddendo . . . dicti capellani . . . deuote et solempniter Precinendo cotidie imperpetuum in choro ecclesie cathedralis Brechinensis antedicto ad magnam missam hanc antiphonam siue salutationem vocatam Aue gloriosa in honore gloriose beatissimeque virginis Marie habendo etiam nos in suis missis in speciali memento et hoc tantum pro omni alio onere . . . Et nos vero prefatus Daud comes antedictus heredes nostri . . . warantizabimus . . . In quorum omnium et singulorum . . . testimonium Siggillum nostrum presentibus est appensum coram hiis testibus Reuerendo in X<sup>o</sup> patre Johanne Episcopo Brechinensi Venerabilibus honorabilibus et discretis viris Magistris dominis Georgio Seres cantore Brechinensi Willelmo Ogiluy cancellario et Roberto Brovn pensionario eiusdem Gilberto Tyre Jacobo Dekyson Rectore de Kirkbutho Thoma Fothryngame de Pure Johanne Dempster de Othirless Johanne Langlandis



Roberto Falconer et Daud Eyme et diuersis aliis apud Brechin tertio die mensis Aprilis anno Domini millesimo quadingentesimo septuagesimo secundo .

Carta Alexandri Rede .

LXIV. **O**mnibus hanc cartam visuris vel audituris Alexander Rede ciuis ciuitatis Brechinensis Salutem . . . Sciatis me . . . vendidisse . . . alienasse . . . et confirmasse domino Nicholao Jhonsoun capellano perpetuo collegii Brechinensis heredibus suis et assignatis vnum annum redditum tresdecim solidorum et quatuor denariorum vsualis monete regni Scotie annuatim ad duos anni terminos consuetos . . . et percipiendum de toto et integro tenemento meo ac acris meis jacentibus infra ciuitatem Brechinensem inter terram Roberti Chapman ex parte australi ex parte una et le leche de Masindew ex parte boreali ex parte altera cum communi vico ex parte orientali dicti tenementi mei et acram Thome Buthlar ex parte occidentali acrarum mearum . . . Tenendum et habendum prefatum annum redditum . . . dicto domino Nicholao heredibus suis et assignatis a magistro Hospitalis beate Marie de Masindew et successoribus suis quibuscumque in feodo et hereditate imperpetuum . . . Reddendo inde annuatim dictus dominus Nicholaus heredes sui et assignati unum denarium vsualis monete . . . Magistro dicti Hospitalis . . . in festo sancti Johannis Baptiste super fundum dictarum terrarum si petatur tantum . . . Et ego dictus Alexander heredes mei . . . warrantizabimus . . . In cuius rei testimonium Sigillum meum huic presenti carte mee est appensum apud Brechin xv. die mensis Junii anno Domini millesimo quadingentesimo octogesimo secundo . Coram hiis testibus Johanne Walcar Willelmo Durwarde

Thoma Crukschank Alexandro Qwhyth Malcom Fleschar ciuibus  
ciuitatis Brechinensis et domino Johanne Leis capellano cum diuersis  
aliis .

Ane instrument of requisitioun to Sir Johne Brechin for obiit siluer of  
the cheplanrie of Sanct Niniane .

LXV. **I**n Dei nomine . . . pateat quod anno ab Incarnatione Domini mil-  
lesimo quadringentesimo octogesimo tertio mensis vero Nouembris die  
vndecima Indictione 2<sup>a</sup> Pontificatus . . . Sexti . . . pape quarti anno  
decimo tertio . . . personaliter constitutus discretus vir dominus Jo-  
hannes Brechinen. Capellanus capellanie Sancti Niniani per quondam  
bone memorie Ricardum Willelmi olim ciuem ciuitatis Brechinensis in  
ecclesia cathedrali Brechinensi fundate accessit ad magnam anteriorem  
domum vulgariter dictam Richart Chapmanis foyr sklatt hous et ab  
inhabitantibus eiusdem petiit firmam secundum quod unicuique incubuit  
ex quo dictus quondam Ciuis eius magister et fundator capellanie ante-  
dictæ obiit ante terminum sancti Martini de anno suprascripto Qua-  
propter prefatus dominus Johannes asseruit quod omnes et singule firme  
prefate domus cum pertinentiis erant sue ratione foundationis capellanie  
predicte et obitus quondam sui magistri ad prefatum terminum Ideo  
inhibuit omnibus inhabitantibus ne de cetero prefatas oppellas occupent  
nisi ab eo tanquam domino terrarum nouam assedationem habeant Et  
sic prefati inhabitantes in solutionem firme suarum oppellarum gratan-  
ter se parauerunt et obedierunt Super quibus omnibus . . . Acta erant  
hec infra ciuitatem Brechinensem in oppella domus anterioris . . . Pre-  
sentibus ibidem discretis et probis viris dominis et laycis Roberto Sym-  
sone et Daud Morisone presbiteris Roberto Jacobi balliuo Brechinensi

Johanne Katness Roberto Peter et Alexandro Tailzour layicis cum diuersis . . .

Et ego Andreas Blak presbiter Brechinensis . . . Imperiali auctoritate notarius . . .

Carta Magistri Johannis Spaldyng Decani Brechinensis super annuo reddito duarum marcarum .

LXVI. **O**mnibus hanc cartam visuris . . . Magister Johannes Spaldyng Decanus Brechinensis ac prebendarius de Melek . . . Salutem . Sciatis me ad laudem et gloriam omnipotentis Dei et beatissime Marie virginis ac beate Katarine virginis necnon et omnium celestis curie sanctorum libere dedisse . . . Deo . . . et omnibus sanctis supradictis et capellanis in choro cathedrali Brechinensi . . . et suis successoribus perpetuum pro salute anime mee et animarum patris mei et matris mee et omnium illorum quibus deliqui et emendam non feci . . . et omnium fidelium defunctorum in puram . . . elemosinam Illas duas marcas annui redditus annuales monete Scotie annuatim michi debitas . . . de tenemento quondam Thome Thalzeour jacente in burgo de Dundee in vico Argadie ex parte australi eiusdem uici inter terram quondam Jacobi Newman ad occidentem ex parte una et terram Johannis Elyss ad orientem ex parte altera Necnon unam marcam illius australis dimidietatis tenementi quondam Laurencii Smytht cum pertinentiis jacentis in ciuitate Brechinensi in le Kyrkgate ex parte australi eiusdem inter terram Jacobi Wyschart de Pettarro vulgariter vocatam constabil land ex parte orientali ex parte una et terram dicti quondam Laurencii quam habuit Robertus Willelmi [                      occi]dentali ex parte altera . Tenendos . . . dictos annuos redditus . . . in puram . . . elemosinam . Reddendo inde annuatim dicti capellani et successores sui quam-

diu vixero ad altare Sancte Katerine virginis in ecclesia antedicta omni feria quinta vnam missam cum nota cum quatuor capellanis de officio Salus Populi cum vna collecta pro prosperitate mea cum alia collecta de Sancta Katerina cum tertia collecta pro animabus omnium fidelium defunctorum Reddendo etiam omni anno post obitum meum in die obitus mei anniuersarium cum placebo et dirige cum nota et missam solempnem cum duabus candelis super epitafium meum dicto tempore campanis pulsatis ut moris est ac etiam eodem tempore vnum trigentale pro anima mea et animabus omnium fidelium defunctorum . . . Et ego vero dictus Decanus et heredes mei . . . warrantizabimus . . . In cuius rei testimonium Sigillum meum presentibus est appensum apud civitatem Brechinensem penultimo die mensis Marcii anno Domini millesimo quadringentesimo octogesimo quarto .

Carta Magistri Johannis Spaldinge de terris Fordoun .

LXVII. **O**mnibus hanc cartam visuris vel audituris Johannes Spalding Decanus Brechinensis . . . Salutem . Sciatis me dedisse . . . dilecto seruitori meo Wilhelmo Fordoune illam australem dimidietatem meam tenementi quod fuerat quondam Laurencii Smytht jacentis in ciuitate Brechinensi in vico qui dicitur lie Kirkgait ex parte australi eiusdem inter terram Jacobi Wischart que dicitur Constabilland ex parte orientali ex parte una et terram quondam Roberti Chapmane ex parte occidentali ex parte altera . Tenendam . . . predictam australem dimidietatem tenementi cum horto . . . dicto Willelmo heredibus suis et assignatis a me . . . in feodo . . . Reddendo inde annuatim . . . heredibus quondam Laurencii Smytht sex solidos et octo denarios . . . ad duos anni terminos consuetos . . . Ac etiam tresdecim solidos et quatuor denarios annuatim capellanis chori Brechinensis ad terminos

supradictos Facientes dictus Willelmus heredes sui et assignati magnum lecternum ereum per me datum choro Brechinensi omni anno bene et honeste mundari a summo usque ad deorsum in omni parte bina vice singulis annis scilicet semel erga festum pasche et semel erga festum natalis Domini tantum pro omni alio onere . . . Et ego vero . . . warrantizabimus . . . In cuius rei testimonium Sigillum meum presentibus est appensum apud ciuitatem Brechinensem vicesimo quarto die mensis Marcii anno Domini millesimo quadringentesimo octuagesimo quarto Coram hiis testibus domino Johanne Tindell Waltero Clerk Dauid Andree Johanne Scot et Jacobo Scot armigeris cum multis aliis testibus .

Instrumentum possessionis tenementi Roberti Willelmi resignati per Willelmum Fordoun .

LXVIII. **I**n Dei nomine . . . Pateat quod anno Incarnationis Dominice m<sup>o</sup> cccc octogesimo quinto mensis vero Marcii die vicesima octaua Indictione tertia Pontificatus . . . Innocentii pape octauo anno primo . . . personaliter constitutus Willelmus Fordoun ciuis ciuitatis Brechinensis suum tenementum jacens infra ciuitatem Brechinensem in vico qui dicitur le Kyrkgait inter terram Jacobi Wyssart ex parte orientali ex parte una et terram Roberti Willelmi ex parte altera . . . in manibus honorabilis viri Roberti Lytstar balliui ciuitatis Brechinensis per fustem et baculum . . . resignauit . . . prefatus balliuus . . . possessionem dicto Willelmo et Alisone sue sponse . . . in coniuncta infeodatione tradidit . . . Saluo jure cuiuslibet . . . Super quibus . . . dictus Willelmus et Alisona a me notario . . . fieri petierunt . . . instrumenta . Acta erant hec super fundum . . . presentibus ibidem discretis viris dominis Alexandro Hog rectore scole Brechinensis et

Willelmo Liel capellanis . Johanne Colle Johanne Dune sergeandis et  
 Johanne Porter . . .

Et Ego Andreas Blak . . .

Carta probi viri Malcomi Guthre olim cinis ciuitatis Brechinensis .

LXIX. **O**mnibus hanc cartam visuris vel auditoris Malcomus Guthre cinis  
 ciuitatis Brechinensis . . . Salutem . Sciatis me cum consensu et as-  
 sensu Johannis Guthre filii mei et heredis mei apparentis Ad laudem  
 . . . Dei et beatissime Marie virginis . . . dedisse . . . Deo . . . et  
 capellanis in choro cathedrali Brechinensi . . . et suis successoribus  
 . . . pro salute anime mee et Egidie sponse mee necnon et animarum  
 patris mei et matris mee omnium amicorum meorum et illorum omnium  
 quibus deliqui et emendam non feci ac omnium fidelium defunctorum in  
 puram et perpetuam elemosinam unum annum redditum octodecim  
 solidorum . . . annuatim . . . ad duos anni terminos usuales . . . de  
 toto et integro tenemento meo cum pertinentiis jacente infra ciuitatem  
 Brechinensem ex parte orientali eiusdem inter terram Roberti Thoulas  
 ex parte australi ex parte una et terram quondam Willelmi Michelson  
 ex parte boreali ex parte altera . Necnon decem solidos annui redditus  
 michi debiti annuatim de toto et integro tenemento Roberti Thowlas  
 cum pertinentiis jacente in dicta ciuitate ex parte orientali eiusdem  
 inter terram Johannis Scall ex parte australi ex parte una et terram  
 dicti Malcomi Guthre ex parte boreali ex parte altera . Quibus tene-  
 mentis deficientibus cum pertinentiis de omnibus et singulis terris meis  
 ac annuis redditibus cum pertinentiis jacentibus in dicta ciuitate quibus-  
 cumque . Tenendos . . . dictos annuos redditus viginti octo solidorum  
 dictis capellanis . . . in puram . . . elemosinam ad celebrandum in  
 predicta ecclesia ad altare sancti Duthaci in qualibet ebdomada cuius-

libet anni omni feria quarta unam missam secreto modo . Reddendo etiam dicti capellani . . . omni anno post obitum meum in die obitus mei anniuersarium cum placebo et dirige cum nota et missam solempnem in crastino campanis pulsatis ut moris est ac etiam eodem tempore unum trigentale pro animabus supradictis . . . Et ego vero . . . varantizabimus . . . In cuius rei testimonium sigillum meum presentibus est appensum apud ciuitatem Brechinensem decimo septimo die mensis Nouembris anno Domini millesimo quadingentesimo octogesimo quinto .

Saisina Roberti Litstar .

LXX. **I**n Dei nomine Amen . . . pateat euidenter quod anno Incarnationis Dominice millesimo quadingentesimo octuagesimo septimo mensis vero Marcii vicesimo nono Indictione sexta Pontificatus . . . Innocentii . . . pape octaui anno quarto . . . Personaliter constitutus prouidus vir Ricardus Smytht ciuis ciuitatis Brechinensis . . . unum annum redditum sex solidorum et octo denariorum usualis monete regni Scotie annuatim de illo tenemento Willelmi Fordone ciuis dicte ciuitatis infra terram ipsius Ricardi constituenta ex parte occidentali terram Dauid Rait ex parte orientali terram dicti Ricardi Smytht ex parte boreali et communem vicum dicte ciuitatis ex parte australi jacente in manibus discreti viri Johannis Scot vnus balliuorum dicte ciuitatis Brechinensis per denarii traditionem sursum tradidit pureque et simpliciter resignauit . . . Qua resignatione facta Idem balliuus cuidam honorabili viro Roberto Litstar cui dicte ciuitatis . . . heredibus suis et assignatis . . . saisinam . . . dicti annui redditus . . . tradidit . . . Super quibus . . . prefatus Robertus Litstar a me notario . . . fieri petiit instrumentum . . . Acta erant hec sub appensione sigilli dicti balliui super

fundum dicti tenementi . . . Presentibus ibidem honorabilibus viris Roberto Jacobi ciue dicte ciuitatis . . . domino Alexandro Hog capellano, Willelmo Mwdy laico, et Jacobo Scherhar sergeando dicte ciuitatis cum diuersis aliis . . .

Et ego Patricius Buthirgask clericus Dunkeldensis diœcesis publicus auctoritate apostolica notarius quia . . .

King James (the thrid) charto<sup>r</sup> wpone the small custumis off Brechine .

- LXXI. **J**acobus Dei gratia Rex Scotorum Omnibus Probis Hominibus totius terre sue Clericis et Laicis Salutem . Noueritis quia bona Communia et Res Publice Ciuitatis Brechinensis sunt modici valoris Et eadem Ciuitas liber existit burgus Ac de eadem taxationes et contributiones sumuntur, Vt de ceteris nostris burgis Necnon pro fideli gratuito seruitio Per balliuos et communitatem eiusdem ciuitatis et burgi nunc tempore inquietationis et guerrarum nobis multipliciter impenso et impendendo Dedimus igitur et concessimus Ac tenore Presentis Carte nostre damus et concedimus Pro perpetuo dictis balliuis et communitati nunc Presentibus et futuris nostram Liberam Licentiam Libertatem et Priuilegium speciale Sumendi leuandi et percipiendi de Singulis Rebus et bonis customalibus venientibus ad dictam Ciuitatem et forum eiusdem Vnum oblum videlicet de vnaquaque sarsina siue pondere equino Tam Lignorum quam aliorum bonorum quorumcunque Ad quantitatem dicte sarsine siue ponderis vnus equi ut premittitur Et sic de omnibus aliis Rebus vnum oblum secundum exigentiam et quantitatem sarsine siue ponderis equini ut prefertur . Tenendum et habendum dictum priuilegium recipiendi vnum oblum de Singulis Rebus et bonis venientibus ad dictam Ciuitatem Et aliis Rebus customalibus tam d  
quam in aliis Rebus secundum exigentiam sarsine siue ponderis

(sic)



vnius equi Ac qualitatem et quantitatem eiusdem dictis balliuis et communitati presentibus et futuris de nobis et successoribus nostris imperpetuum Vna cum potestate sub eis substituendi et deputandi vnum seu plures officiarium seu officarios ad leuandum et suscipiendum dictum oblum de vnaquaque sarsina siue pondere equino vt prefertur Ac dictum oblum de singulis rebus prescriptis ad communem vsum et vtilitatem dicti burgi et Ciuitatis disponendum Necnon cum potestate contradictores et inobedientes ac eorum bona pro eisdem custumis distringendi Necnon omnia alia et singula que ad receptionem dicte custume incumbunt faciendi Sine aliqua Reuocatione aut contradictione nostri vel successorum nostrorum inde faciendis in futurum . Quare Vniuersis et singulis quorum interest vel interesse poterit Stricte precipimus et mandamus quatenus dictis balliuis et communitati presentibus et futuris in omnibus et singulis dictam custumam concernentibus prompte respondeant pareant et intendant Sub omni pena quam erga nostram Regiam incurrere poterint maiestatem . In cuius Rei testimonium Presenti carte nostre magnum Sigillum nostrum apponi precepimus Testibus Reuerendis in Xpo patribus Willelmo Episcopo Abredonensi cancellario nostro Andrea Episcopo Morauisiensi Andrea Episcopo Orchadiensi Dilectis consanguineis nostris Daud Comite Craufurdie domino Lindesay magno Camerario nostro Georgio Comite de Huntly domino Gordoune Willelmo Comite de Eroll domino le Hay constabulario Regni nostri Willelmo Comite Mariscalli domino Keith Jacobo Comite Buchanie domino de Vchterhouss Johanne domino Glammys Alexandro domino Forbes Thoma domino Inuermeith et Willelmo domino Ruven . Apud Brechin Vicesimo octauo die mensis Aprilis anno Domini millesimo quadringentesimo octuagesimo octauo et Regni nostri Vicesimo octauo .

Instrumentum super pactione inter Walterum Monypeny et Guasparem Bonciani .

LXXII. **I**n nomine Domini Amen . Per hoc presens publicum instrumentum Cunctis pateat euidenter et sit notum Quod anno a nativitate eiusdem Domini millesimo quadringentesimo octuagesimo octavo , Indictione sexta / Die vero Mercurii quarta mensis Junii / Pontificatus sanctissimi in X<sup>po</sup> patris ac do<sup>m</sup>i nostri do<sup>m</sup>i Innocentii diuina prouidentia pape octavi anno quarto / In mei notarii publici testiumque infrascriptorum ad hoc vocatorum et rogatorum presentia Personaliter constituti Venerabilis et Religiosus dominus dominus Walterus Monypeny prior sancti Serviani lacus de Levin Sancti Andree dyocesis in Scotia , ex una parte / Et Guaspar Bonciani mercator Florentinus in oppido Andwerpiensi ad presens negocians ex alia parte / De ipsorum et cuiuslibet ipsorum meris liberis et spontaneis voluntatibus / Non decepti non coacti nec in aliquo ut dixerunt circumventi / Omnibus melioribus via , modo , jure et forma / quibus melius validius et efficacius de jure potuerunt / Recognouerunt et confessi fuerunt et quilibet eorum recognovit et confessus fuit / et tenore presentis publici instrumenti Recognoscunt et confitentur et quilibet eorum recognoscit et confitetur / Fecisse iniisse et conclusisse ac pepigisse seu convenisse certas pactiones conventiones et tractatus / sub hac verborum serie et forma / prout sequitur // Videlicet predictus Guaspar Bonciani / quod ipse promisit predicto domino Waltero ibidem presenti / ac michi notario publico tanquam publice et auctoritate persone legitime stipulans et recipiens vice et nomine omnium et singulorum quorum interest intersit aut interesse poterit in futurum / Se curaturum et tantum effecturum apud spectabilem et providum virum dominum Philippum de Strozijs et socios mercatores Flo-

rentinos Romanam curiam sequentes Quod ipsi facient expedire promotionem de episcopatu Brechinensi in Scotia supra personam / seu ad utilitatem persone honorabilis domini et magistri Willelmi Meldrum Vicarii Brechinensis / aut per resignationem / seu mortem Reverendi in Xp̄o patris ac Domini Johannis Balfour predicti episcopatus Brechinensis Episcopi moderni / Et omnia alia et singula contenta in quodam memoriali / per eundem dominum Walterum ipsi Guaspari tradito et deliberato ac propria ipsius manu subscripto et signato juxta ipsius memorialis seriem et tenorem / Cuius veram et autenticam copiam ipse dominus Walterus / ad maiorem ipsius cautelam / penes se retinuit /// Deinde idem Guaspar etiam promisit Summam ducentarum librarum grossorum monete Flandrie / quam a predicto domino Waltero / in bonis promptis et numeratis pecuniis recepit prout confitebatur et confitetur / de qua sibi satisfactum et contentatum tenuit et tenet / Implicare et convertere in solutionem bullarum predicte promotionis et aliarum rerum in dicto memoriali latius contentarum et declaratarum / juxta ipsius memorialis seriem et tenorem // In tantum in quantum predicta ducentarum librarum grossorum monete Flandrie summa se potuerit extendere / Et singulum ducatum expendere et in solutionem predictorum convertere / ad rationem de solidis novem / denariis duobus grossorum predicte monete Flandrie / Et casu quo ipse Guaspar predictam expeditionem promotionis episcopatus et aliorum in dicto memoriali contentorum secundum eius seriem / obtinere omnino non valeret / aut expense bullarum usque ad dictam summam ducentarum librarum grossorum dicte monete non ascenderent / Etiam promisit dictam summam integram ducentarum librarum grossorum aut quod exinde restabit et penes se residui erit / solvere tradere et deliberare ipsi domino Waltero / seu ipsius procuratori nuntio vel factori / aut sufficiens mandatum habenti aut alias causam presentis publici instrumenti

exhibitori seu latori / ad ipsorum seu cuiuslibet eorum voluntatem et  
 simplicem requisitionem / absque aliqua alia mora dilatione seu pro-  
 trac[tione] // Sub obligatione et ypotheca omnium et singulorum bono-  
 rum suorum / mobilium et immobilium / presentium et futurorum / ubi-  
 cunque consistent et poterunt reperiri / tam ultra mare et montes quam  
 etiam citra // Et qualibet alia juris et facti ad idem necessaria renuncia-  
 tione pariter et cautela /// Et predictus dominus Walterus vice versa  
 promisit etiam predicto Guaspari ibidem presenti et michi notario pub-  
 lico subscripto / tanquam persone . (&c) . Quod si contigerit ipsos  
 Philippum et socios in dicta curia Romana pro expeditione predictorum  
 plus expendere debere juxta dicti memorialis tenorem / quam predicte  
 ducente libre grossorum monete Flandrie se poterunt extendere / quem-  
 libet ducatum ut dictum est / ad rationem de solidis novem et denariis  
 duobus grossorum appretiatum expendendo / isto in casu ipsi Guaspari  
 suo vel procuratori factori vel nuntio / ad hoc sufficiens mandatum vel  
 causam habenti presentis publici instrumenti exhibitori vel latori / sol-  
 vere tradere et deliberare omne illud totum et quidquid / ultra predic-  
 tam ducentarum librarum . (&c.) . summam / expositum et solutum  
 erit // Proviso tamen et bene intellecto quod si illud / quod plus exposi-  
 tum foret / esset conversum in aliquibus extraordinariis expensis / que  
 predictus dominus Walterus non intelligit se in illis tenore et obliga-  
 tione velle / nisi in casu necessitatis extraordinarie expositum esset /  
 et summam duntaxat quadraginta vel quinquaginta ducatorum ad omne  
 plus non excedat / prout in dicto memoriali latius declaratur // vnacum  
 octo ducatis pro quolibet centenario ducatorum in expeditione dictarum  
 bullarum et aliarum rerum modo predicto conuersorum et impli-  
 catorum // Quos ipse dominus Walterus predicto Guaspari dare et tra-  
 dere promisit et convenit / pro suo labore salario et diligentia in ex-  
 peditione predictorum adhibendis — Et hoc infra quinque menses im-

mediate sequentes diem denuntiationis et ratificationis sibi domino Waltero facte / de tenore dictarum bullarum / absque ulteriori mora vel protractu / ac etiam promisit et per pactum validum et solvere convenit / omnia et singula dampna interesse et expensas / que quod vel quas eundem Guasparem ob defectum vel retardationem solutionis predictæ termino supradicto tum forsitan non facte favore pati et sustinere contigerit / in iudicio et extra / solvere et restituere / Que qualia et quanta sint stare et credere solvet simpliciter verbo ipsius Guasparis et suorum / absque sacramento, testium productione / dictorum dampnorum interesse et expen taxatione et quavis alia super hiis fienda probatione / Et que vel quod predictus dominus Walterus convenit debere sicut principalem se ipsum et suos imposterum successores / ac omnia et singula sui et suorum predictorum bona mobilia et immobilia / presentia et futura / ubicunque consistant et poterint reperiri / tam ultra mare et montes quam etiam citra / erga eundem Guasparem / ibidem presentem et ut supra stipulantem obligavit et ypothecavit / Ac etiam Curie causarum Camere Apostolice sanctissimi Domini nostri pape eiusque Camerarii vicecamerarii Auditoris Vice auditoris Regentis Locumtenentis et Commissarii / ac omnium et singularum aliarum curiarum ecclesiasticarum qualiumcunque ubilibet constitutarum Jurisdictionibus Cohercionibus Compulsionibus Juribus rigoribus stilis et moris examinibus / supposuit et submitit / Per quasquidem curias et earum quamlibet in solidis tam conjunctim quam divisim voluit et expresse consensuit se et suos heredes et successores predictos posse et debere cogi compelli constringi moneri excommunicari aggravari reaggravari / et ad brachium seculare deponi et ad arrestam capi incarcerationi et detineri uno et eodem tempore vel diversis temporibus et per diversorum temporum intervalla usque ad plenam et integram solutionem predictorum omnium / ita tamen quod executio unius curie

executionem alterius non impediatur vel retardetur / non obstante jure  
 dicendi quod ubi iudicium inceptum est ibidem finem accipere debet /  
 et qualibet alia juris et facti exceptione in contrarium facienda non  
 obstante / Renunciavit insuper idem dominus Walterus omni et cuilibet  
 exceptioni / doli / mali / vis / motus fraudis / lesionis / et machinationis /  
 presentis contractus non sic ut premittitur facti celebrati et initi et  
 aliter aut plus aut minus fuisse factum et initum quam recitatum et e  
 converso / omnibusque aliis et singulis exceptionibus cavillationibus et  
 cautelis / quibus mediis contra premissa vel eorum aliqua / ipse  
 dominus Walterus facere dicere venire quovismodo posset  
 seu possent / Et specialiter juri dicenti generalem renunciationem non  
 valere / nisi processerit specialis et expressa . Et ibidem statim et  
 incontinenter post predicta pro maiore cautela / et tutiore securitate  
 predicti Guasparis et suorum prefatus dominus Walterus gratis et  
 sponte omnibus melioribus via modo jure et forma quibus melius et effi-  
 caciis de jure potuit et debuit fecit constituit creavit et solemniter  
 ordinavit / et tenore presentis publici instrumenti facit constituit et  
 solemniter creat et ordinat suos veros rectos legitimos et indubitatos  
 procuratores / actores / factores / et negotiorum suorum infrascriptorum  
 gestores / ac nuntios speciales et generales / ita tamen quod quantitas  
 specialitati non deroget / neque e converso videlicet providos et discre-  
 tos viros et dominos Barthaim de Barthes mercatorem Florentinum  
 Petrum Fellarii Jeronimum dicte curie camere Apostolice no-  
 tarios / omnesque alios et singulos dominos procuratores et notarios qui  
 nunc sunt et pro tempore futuro erunt in Romana curia quorum nomina  
 et cognomina hic haberi voluit pro expressis / Absentes tanquam pre-  
 sentes ut quemlibet in solido / Ita tamen quod non sint melior conditio  
 primitus occupand. nec deterior subsequentis / Alter eorum id prosequi  
 mediare terminare et finire et ad effectum et debitum finem producere

valeat / scilicet specialiter et expresse / ad ipsius domini constituentis nomine / ac pro eo / Omni tempore et diebus feriatis et non feriatis in terminum solutionis premissorum etiam post ipsum terminum / et quotiens predicto Guaspari et suis videbitur / et placuerit / Coram predictis Camerario Vicecamerario / Auditore vice auditore / Regente locumtenentibus et commissario eiusdem / et aliarum curiarum predictarum officialibus et iudicibus seu eorum locumtenentibus comparendum / Et omnia et singula supradicta predicti domini constituentis nomine confitendum et recognoscendum / et ad petendum audiendum et recipiendum dicti domini constituentis nomine / omne preceptum / omnemque monitionem / condemnationem atque mandatum que quod et quas prefati domini camerarius . (&c.) . contra predictum dominum constituentem / ejus ve heredes successores et bona predicta facere ferre et promulgare voluerint seu voluerit / et eis sponte acquiescendum necnon submittendum / et resubmittendum propter predictum dominum constituentem pro premissis firmiter observandis / Jurisdictioni curiarum predictarum et cujuslibet earum / et ad volendum et consentiendum quod ipsi domini Camerarius . (&c.) . in ipsum dominum constituentem Excommunicationis sententiam ferant proferant promulgent aggravent re-aggravent / aliosque processus reales et personales gerant et faciant quos voluerint et dicto Guaspari aut suis placuerit et visum fuerit expediens quousque de predictis omnibus sibi fuerit plenarie et integre et realiter satisfactum juxta presentis publici instrumenti seriem et tenorem / Et generaliter omnia alia et singula faciendum dicendum gerendum et exercendum et procurandum ea que in premissis et circa ea necessaria fuerint seu etiam quomodolibet oportuna // Promittens michi notario publico infrascripto ut communi et publice persone presenti stipulanti et recipienti vice et nomine omnium et singulorum quorum interest intererit aut interesse poterit in futurum / Se omni tempore / ratum gra-

tum et firmum perpetuo habiturum / Totum id et quicquid per dictos procuratores suos et eorum quemlibet / Actum dictum factum gestum ve fuerit in premissis seu alias quomodolibet procuratum / relevans nichilominus et relevatos esse volens / eosdem procuratores suos et quemlibet ipsorum / ab omni onere satisfaciendi iudicioque sisti / et iudicatum solvi / cum suis clausulis et capitulis necessariis et opportunis / Sub expressa hypotheca et obligatione omnium et singulorum bonorum . (&c.) . ac cum omni juris et facti renuntiatione ad hoc necessaria pariter et cautela /// Et premissa omnia et singula in presenti instrumento contenta / tenere attendere complere et inviolabiliter observare / contraque omnia et eorum singula non facere dicere / vel venire / de jure vel de facto / quovis quesito colore / dictosque procuratores suos ut premititur constitutos / aut eorum aliquem / quousque / prefato Guaspari de omnibus et singulis premissis / realiter plenarie / et integre satisfecerit / et premissa omnia et singula observaverit / et adimpleverit / non revocare seu revocari facere promisit et convenit // Ac ad et supra sancti Dei evangelia scripturis sacrosanctis per eum tactis juravit /// De et super quibus omnibus et singulis premissis / prefati dominus Walterus / et Guaspar / sibi cuilibet / per me notarium publicum subscriptum / requisiverunt seu requisivit / fieri et tradi unum vel plura publicum vel publica / unius tenoris instrumentum vel instrumenta / Acta fuerunt hec in predicto oppido Andwerpiensi In hospitio dicto Allamanno ibidem situato in vico Anglicorum / Anno indictione die mense et pontificatu premissis / Presentibus ibidem honorabilibus et discretis viris / Jacobo de Loyano Bononiensi et Alexandro de Pertuciaris Florentino mercatoribus / testibus ad premissa vocatis specialiter et rogatis .

Ego Donatianus Heer Clericus Tornacensis Dyocesis Artium Magister et legum Bacchalaureus Publicus sacra Imperiali auctoritate necnon



Venerabilis curie Episcopalis Tornacensis Notarius Juratus // Premissis  
. . . interfui . . .

LXXIII **I**n nomine Domini Amen Per hoc presens publicum Instrumentum Cunctis pateat evidenter et sit notum quod anno a nativitate eiusdem Domini millesimo quadringentesimo octuagesimo nono Indictione septima / die vero tertia mensis Januarii pontificatus sanctissimi in X<sup>ro</sup> patris ac Domini nostri Domini Innocentii divina providentia pape octavi Anno quinto In mei notarii publici testiumque infrascriptorum ad hoc vocatorum et rogatorum presentia personaliter constitutus Spectabilis vir Guaspar Bonciani mercator Florentinus in oppido Andwerpiensi partium ducatus Brabantie ad presens residens tanquam ille qui convenit et pepigit cum factore seu procuratore reverendi in X<sup>ro</sup> patris ac Domini domini Guillermi Meldrum ad presens episcopi Brechinensis in Scotia ad faciendum in Curia Romana per Philippum de Strozis et socios Romanum curiam sequentes / expedire bullas requisitas ad dictum Brechinensem episcopatum ad utilitatem predicti reverendi patris Domini Guillermi Meldrum / juxta certum memoriale desuper confectum / et per predictum Guasparem predictis Philippo et sociis transmissum / Omnibus melioribus via modo jure et forma quibus melius validius et efficacius poterit fecit constituit curavit et solenniter ordinavit et tenore presentis publici instrumenti facit constituit curat et solenniter ordinat suos veros legitimos et indubitatos procuratores actores factores et negotiorum suorum infrascriptorum gestores ac nuncios speciales et generales videlicet predictum Reverendum et dominum dominum Guillermum Meldrum Episcopum / religiosum et venerabiles viros dominum

Walterum Monypeny priorem monasterii lacus de Leven Magistrum Johannem Spens et Magistrum Guillerum Couwper et quemlibet eorum in solidum presentis publici instrumenti exhibitorem absentes tanquam presentes Ita quod non sit melior conditio vnus quam alterius Sed quod vnus eorum inceperit id alter eorum prosequi valeat mediare et finire / dans et concedens dictus constituens suis predictis procuratoribus et cuilibet eorum insolidum auctoritatem potestatem et mandatum speciale et generale Ad nomine ipsius et pro eo petendum exigendum et recuperandum bonum verum et legalem computum a predictis Philippo de Stroziis et sociis Expensarum factarum pro expeditione Bullarum predicti episcopatus ad vtilitatem predicti reverendi patris domini Guillermi Meldrum juxta tenorem dicti memorialis / ipsumque computum approbandum et etiam si necesse sit reprobandum et reiiciendum atque contra ipsos Philippum et socios ad id omnibus modis viis a jure licitis / et oportunis et prout videbitur expedire compellendum et constringendum / Et preterea si opus sit coram quibuscumque iudicibus tam ecclesiasticis quam secularibus quacunque auctoritate fungentibus et quocunque nomine censeant in iudicio et extra in comparendum / libellum seu libellos vel quascumque petitiones oretenus vel in scriptis dandum faciendum et offerendum / Exceptiones proponendum / replicandum / duplicandum triplicandum et si opus fuerit quadruplicandum / Litem seu lites contestandum / De calumpnia vitanda et veritate dicenda in ipsius constituentis animam jurandum ponendum et articulandum positionibus et articulis partis adverse respondendum et suis responderi petendum / Testes acta literas instrumenta et alia munimenta producendum / ipsos citari jurari recipi et examinari petendum et requirendum et alterius partis testes jurare videndum Contra testes et eorum dicta et attestations dicendum et opponendum Crimina et defectus opponendum Judicis officium implorandum Necnon omnia alia et singula que in processibus et

ordinibus iudiciorum secundum stilum curiarum et locorum ubi litigare contigerit necessaria sunt faciendum gerendum et exercendum In causa et causis concludendum Jus interlocutorias et diffinitivas sententias audiendum et ab eis et quolibet alio grauamine appellandum et prouocandum appellationes et prouocationes ipsas instituendum releuandum et prosequendum et ipsas si libuerit renunciandum / Vnum quoque vel plures procuratorem vel procuratores loco eorum et cuiuslibet eorum substituendum qui in premissis eandem vel limitatam habeant potestatem eumque vel eos dum libuerit reuocandum et omnes procuraciones huiusmodi in se reassumendum presenti procuratorio in suo robore permanente // Et generaliter omnia alia et singula faciendum dicendum gerendum et exercendum que in premissis necessaria sint et oportuna et ipsemet constituens faceret et facere posset si premissis omnibus interesset etiam si talia forent que mandatum exigent specialius presenti // Promittens insuper idem constituens michi notario publico subscripto tanquam persone publice legitime stipulanti et recipienti vice et nomine omnium et singulorum quorum interest intererit aut interesse poterit in futurum Se ratum gratum atque firmum habere et perpetuo habiturum Totum id et quidquid per dictos prouidos constitutos vel substitutos ab eis seu eorum altero actum dictum gestum factum vel procuratum fuerit in premissis seu quolibet premissorum Releuans nichilominus et releuare volens procuratores suos huiusmodi ab omni onere satisfaciendi ac iudicio sisti et iudicatum solui in omnibus et singulis clausulis necessariis et oportunis Sub obligatione et ypotheca omnium et singulorum bonorum suorum mobilium et immobilium presentium et futurorum Et qualibet alia juris et facti ad hec necessaria renunciatione pariter et cautela / De et super quibus omnibus et singulis premissis prefatus constituens sibi fieri et tradi petiit et requisiiuit per me notarium publicum subscriptum ad opus suorum procuratorum predictorum unum vel plura publi-

cum vel publica unius tenoris instrumentum vel instrumenta Acta fuerunt hec in predicto oppido Andwerpiensi in hospitio speculi situato in vico Anglicorum / Anno indictione . . . premissis Presentibus ibidem honestis viris Bernardo Rondel mercatore Mediolanensi et Jeronimo Perrigol ex oppido Sancti Quintini oriundo testibus ad premissa vocatis specialiter et rogatis .

Ego Donatianus Heer Tornacensis dyocesis Artium magister et legum Bacchalaricus publicus sacra imperiali auctoritate notarius necnon venerabilis curie Episcopalis Tornacensis notarius juratus . . .

LXXIV. **I**n nomine Domini . . . pateat euidenter quod anno ab Incarnatione  
 Dominica millesimo quadringentesimo nonagesimo <sup>quinto</sup> mensis <sup>Marcii</sup> ~~Octobris~~ die  
<sup>vicesimo primo</sup> ~~sexto~~ <sup>decima quarta</sup> ~~nona~~ indictione <sup>Alexandri</sup> Pontificatus . . . ~~Innocentii~~ <sup>sexti</sup> . . . pape ~~octavi~~  
 anno <sup>quarto</sup> ~~septimo~~ . . . personaliter Constitutus reuerendus in X<sup>o</sup> pater ac  
 dominus Willelmus . . . Episcopus Brechinensis . . . fecit . . . et  
 solempniter ordinavit . . . venerabiles et magne circumspectionis vi-  
 ros magistros et dominos Robertum Keytht in sacra theologia licen-  
 tiatum rectorem de Disart Walterum Drummond cancellarium Dun-  
 keldensem Robertum Bosu[all] de Ouchirderay Daniel Setoune rec-  
 torem de Feterkerne Willelmum Mowat rectorem de Arbuthnat Jo-  
 hannem Barry vicarium de Dundee et sanctissimi domini [  
 pa]pe collectorem Willelmum Couper Gilbertum Haldane Petrum  
 Alessoun Matheum de Poldo suos veros . . . procuratores . . . Dans  
 . . . dictis suis procuratoribus ac cuilibet . . . potestatem . . . pro  
 se . . . coram sanctissimo domino nostro <sup>Alexandro</sup> ~~Innocentio~~ papa moderno  
 Eiusque camerario seu vicecamerario et clericis ac dominis camere apos-

tolice iudicibus et auditoribus et aliis locis infra Curiam Romanam ubi opus fuerit comparendum et limina apostolorum et cameram apostolicam nomine suo visitandum et se inibi juxta bullam apostolicam sibi transmissam nomine suo presentandum et ea ad que restringitur in huiusmodi bulla perimplendum et exercendum ceteraque alia que in premissis et circa ea necessaria fuerint seu oportuna faciendum . . . Promisit insuper dictus reuerendus pater michi notario publico stipulanti ac vice et nomine omnium et singulorum premissorum recipientium se ratum . . . atque stabile . . . habiturum totum et quidquid per dictos suos procuratores . . . gestum fuerit . . . sub ypotheca . . . omnium bonorum suorum . . . Super quibus . . . prefatus reuerendus pater a me notario . . . sibi fieri petiit instrumentum . . . Acta erant hec apud <sup>ciuitatem Brechinensem</sup> ~~manerium de Fernwel~~ dicti reuerendi patris hora quasi <sup>decima</sup> ~~tercia~~ <sup>ante</sup> ~~post~~ meridiem . . . anno mense . . . quibus supra Presentibus ibidem venerabilibus et discretis viris magistro <sup>Henrico Meldrum precentore</sup> ~~Jacobe Balfour cancellario~~ domino Jacobo Meldrum subdecano nostre ecclesie cathedralis Brechinensis domino Daud Ouchterlony capellano de Drumlethy <sup>Henrico</sup> ~~Egidio~~ <sup>Meldrum</sup> ~~Schoriswod~~ Henrico Meldrum Andrea Vyly cum diuersis aliis . . .

Et Ego Valterus Clerk presbiter Brechinensis diœcesis publicus auctoritatibus apostolica et Regali Quia . . .

Instrumentum super resignatione tenementi in burgo de Montros .

LXXV. **I**n nomine Domini . . . pateat euidenter quod anno Incarnationis Dominice millesimo quadringentesimo nonagesimo mensis uero Octobris die decimo nono Indictione nona Pontificatus . . . Innocentii . . . pape octaui anno septimo . . . personaliter constitutus in curia burghi de Montros tenta in pretorio eiusdem prouidus vir Daud Falconer de Balandrow et publice fatebatur quod quum ipse alienauit tenementum

debens ecclesie cathedrali Brechinensi annum redditum x solidorum quod ipse reseruauit sibi nisi quinque solidos annui redditus de eodem . Et in eadem curia per inquisitionem totius curie compertum fuit quod predictus Daud Falconer non fuit possessor predicti tenementi . De et super quibus omnibus et singulis . . . reuerendus in X<sup>o</sup> pater Willelmus episcopus Brechinensis a me notario . . . sibi fieri petiit publicum instrumentum . . . Acta fuerunt hec in curia et pretorio suprascriptis . . . Presentibus ibidem magno et potente principe Daud Duce de Montross Alexandro Guthre de eodem milite magistro Henrico Meldrum precentore Brechinensi Daud Rossy de eodem Valtero Cant Willelmo Nudry Daud Paniter Magistro Patricio Stratoune et Willelmo Pater Seriendo cum multis aliis . . .

Et Ego Walterus Clerk Presbiter Brechinensis diocesis notarius publicus imperiali et regali autoritatibus . . .

Aliud Instrumentum Resignationis tenementi Johannis Tyndall et Jonete Dempstar eius sponse . . .

LXXVI. **I**n nomine Domini . . . pateat euidenter quod anno Incarnationis Dominice millesimo quadringentesimo nonagesimo tertio mensis Maj die vero vicesimo Indictione duodecima Pontificatus . . . Alexandri . . . pape sexti anno secundo . . . Personaliter constituti Walterus Tyndell et Joneta Dempstar eius sponsa . . . quoddam suum tenementum cum pertinentiis prout jacet in fronte et cauda inter terras Wilhelmi Turing ad occidentem et terras Johannis Guthre ad orientem infra Ciuitatem Brechinensem in manibus honorabilis viri Roberti Jacobi vnus balliuorum dicte Ciuitatis per fustem et baculum . . . resignauit . Reseruauerunt tamen seipsis liberum tenementum eiusdem pro toto tempore vite eorum et cuiuslibet eorum diutius viuentis sicut etiam unum

annuum redditum tresdecim solidorum et quatuor denariorum capellanis chori ecclesie cathedralis Brechinensis ad celebrandum obsequias pro salute animarum suarum annuatim leuandum per capellanos dicti chori imperpetuum . Qua resignatione sic facta Idem ballius . . . saisinam . . . dicti tenementi Valtero Tindell per terre et lapidis traditionem . . . ministrauit . . . Reseruato tamen libero tenemento dicti tenementi prefatis Johanni et Jonete et uno annuo redditu tresdecim solidorum et quatuor denariorum capellanis predictis ut predicatur . Super quibus . . . prefati Johannes et Joneta a me notario . . . sibi fieri petierunt instrumenta . . . Acta erant hec super fundum dicti tenementi . . . anno . . . quibus supra . Presentibus ibidem Johanne Dempstar de Ouchterles Willelmo Thowless de Conansitht Johanne Annande et domino Alexandro Hog capellano cum diuersis aliis . . .

Et Ego Valterus Clerk presbiter Brechinensis . . . notarius Quia . . .

Carta domini Nicholaj Jhonson etc.

LXXVII. **O**mnibus hanc Cartam visuris vel auditoris Dominus Nicholayus Johannis capellanus perpetuus altaris Sancte Crucis infra ecclesiam cathedralem Brechinensem situati Salutem . . . Noueritis me ad laudem et gloriam omnipotentis Dei sancteque Trinitatis beatissime virginis Marie matris eiusdem ac beate Marie Magdalene et omnium celestis curie sanctorum . . . dedisse ad manum mortuam prout in confirmatione Georgii Stewart Magistri Hospitalis beate virginis Marie de Masyndew infra Ciuitatem Brechinensem plenius continetur Deo . . . et . . . supradictis ac Capellanis Canonicorum et perpetuis Capellanis chori ecclesie cathedralis Brechinensis . . . pro salute anime mee et animarum patris mei et matris mee et . . . in puram et perpetuam elemosinam vnam marcam annui redditus vsualis monete regni

Scotie annuatim michi debitam de totis et integris tenemento et acris Alexandri Rede ciuis Ciuitatis Brechinensis jacentibus infra Ciuitatem Brechinensem inter terram Roberti Chapman ex parte australi ex parte vna et le lech de Masyndew ex parte boreali ex parte altera cum communi vico ex parte orientali dicti tenementi et acram Thome Cutlar ex parte occidentali acrarum dicti Alexandri Rede ad duos anni terminos vsuales . . . annuatim per equales portiones Celebrando et sollemniter cantando inde annuatim predicti Capellani et sui successores in predicta ecclesia . . . pro animabus . . . predictorum . . . decimo quarto die mensis Julii vnum anniuersarium solenne cum missa de Requie in crastino sequenti sollemniter cum nota . Ac etiam eodem tempore vnum trigentale pro animabus supradictis tantum pro omni alio onere . . . Reddendo inde annuatim dicti capellani . . . vnum denarium vsualis monete . . . Magistro dicti Hospitalis . . . de Masyndew et successoribus suis in festum Sancti Johannis baptiste super fundum dictarum terrarum si petatur tantum . . . In quorum . . . testimonium . . . Sigillum meum presenti carte mee est appensum apud Ciuitatem . . . predictam . Octauo die mensis Junii . Anno Domini millesimo quadringentesimo nonagesimo tertio . Coram hiis testibus venerabilibus et discretis viris Magistro Henrico Carmechel prebendario de Lethnot . Dominis Patricio Boyce thesaurario Johanne Thoma commissario Brechinensi . Johanne Guthre Roberto Lytstar Roberto Jacobi et David Rait ciuibus . . .

Carta Roberti Jacobi super annuo reddito xiiij s. pro anniuersario .

LXXVIII. **O**mnibus hanc Cartam visuris vel auditoris Robertus Jacobi ciuis Ciuitatis Brechinensis Salutem . . . Sciatis me ad laudem . . . omnipotentis Dei et beatissime Marie virginis necnon et omnium celestis



curie sanctorum . . . dedisse . . . Deo . . . et capellanis in choro cathedrali Brechinensi . . . et suis successoribus imperpetuum pro salute anime mee et Jonete sponse mee et animarum patris mei et matris mee et omnium illorum quibus deliqui . . . ac omnium fidelium defunctorum in puram et perpetuam elemosinam vnum annum redditum quatuordecim solidorum vsualis monete Scotie annuatim de toto et integro meo tenemento jacente infra Ciuitatem Brechinensem ex parte orientali eiusdem inter terras Johannis Scot ad austrum et terras Sancti Niniani ad boream . Et communem viam regiam ad occidentem . Et terras arabiles Dauid Baxter ad orientem vna cum acra terre arabilis eidem tenemento pertinente jacente ex parte australi dicte Ciuitatis inter terras Johannis Scot ad boream et acras Johannis Mwdy et Johannis Guthre ad austrum . Tenendum et habendum dictum annum redditum . . . dictis capellanis . . . in perpetuam elemosinam . Reddendo inde annuatim dicti capellani et sui successores quamdiu vixerint vnam missam de nomine Jhesu per quadraginta dies feria sexta successiue . Et post obitum meum in die obitus mei vnum anniuersarium cum Placebo Dirige et missam solempnem campanis pulsatis in ecclesia et parua campana per vicos Ciuitatis Brechinensis cum duabus candelis super epitafium meum . Et ego vero dictus Robertus et heredes mei . . . varantizabimus . . . In cuius Rei testimonium huic presenti carte mee Sigillum meum est appensum apud Brechin xxv<sup>to</sup> die Januarii anno Domini millesimo quadringentesimo nonagesimo sexto . Coram hiis testibus . Stephano Murreff . Alexandro Jacobi . Willelmo Craik . Willelmo Sandilandis . Johanne Tailzour et domino Waltero Clerk notario publico . . .

Procuratorie of ye Bischope and Cheptour .

LXXIX. **I**n nomine Domini . . . pateat euidenter quod anno Incarnationis Dominice millesimo quadringentesimo nonagesimo septimo mensis Junii die xxij<sup>o</sup> Indictione xv<sup>ta</sup> Pontificatus . . . Alexandri pape Sexti anno quinto . . . personaliter constituti Reuerendus et in X<sup>o</sup> pater . . . Willelmus . . . Episcopus Brechinensis Decanus et Capitulum eiusdem fecerunt . . . et ordinant venerabiles et egregios Magistros Henricum Carmechell et Henricum Meldrum canonicos ecclesie cathedralis Brechinensis suos . . . procuratores . . . dantes . . . prefatis . . . suam . . . potestatem ac mandatum . . . ad comparandum coram nobili viro Andrea domino le Gray vicecomite de Forfar eiusve deputatis . . . in pretorio de Dundee aut alibi vbi opus fuerit xxiiij<sup>o</sup> die mensis Junii instantis seu quibuscumque aliis diebus et locis Ibidemque contra certa breuia impetrata ut asseritur per Johannem Dempstar de Ouchterless de terris suis de Ardaucht Aldecat Boteris et Nethyr Petforty . . . Acta erant hec in palatio dicti Reuerendi patris et domo capitulari ecclesie cathedralis Brechinensis . . . Presentibus ibidem nobili viro Alexandro Lindessay de Ouchtermonse milite Dominis Daud Ochterlovnio Roberto Flescher Thoma Wilelmi capellanis et Wilelmo Forsytht . . .

Et ego Walterus Clerk . . . notarius . . .

Instrumentum de et super breui Inquisitionis per Johannem Dempstare impetrato .

LXXX. **I**n Dei nomine . . . pateat euidenter quod anno Domini millesimo quadringentesimo nonagesimo septimo mensis vero Junii die vicesima tertia Indictione decimaquinta Pontificatus . . . Alexandri pape sexti

anno quinto Coram nobili et potenti domino Andrea domino le Gray vicecomite de Forfare in pretorio de Dundee in plana curia pro tribunali sedente ad jura reddendum et causas audiendum . . . personaliter comparuerunt venerabiles et discreti viri domini et magistri Henricus Meldrum et Henricus Kermychell canonici Brechinenses procuratoresque reuerendi in X<sup>o</sup> patris . . . Willelmi . . . Episcopi Brechinensis et capituli eiusdem in dicta curia admissi pro defensione cuiusdam breuis inquisitionis capelle regie per Johannem Dempstare de Cuchterless impetrati ibidem personaliter presentem ad idem prosequendum inquisueruntque dicti procuratores a prefato Johanne an ipse per dictum breue prosequi tendebat terras de Ardauch Botheris Auldekat et Nethirpetforthy ac officia balliatus et camerariatus prefatarum terrarum pertinentium et spectantium prefatis reuerendo in X<sup>o</sup> patri et capitulo ecclesie cathedralis Brechinensis cum antea dicta terras et officia pro perpetuo renunciauit pureque et simpliciter resignauit a se et heredibus suis prout in euidentiis publicis clare patebit . Quiquidem Johannes prefatis procuratoribus respondens quod suum propositum fuit simpliciter cum omni diligentia prosequi prefata terras et officia, et quod dictum breue super eisdem terris et officiis causauit leuari et impetrari . Quibus factis et dictis prefati procuratores nomine quo supra produxerunt quoddam instrumentum publicum sub signo et subscriptione domini Eduardi Roberti . . . autoritate imperiali notarii publici super resignatione quietaclamatione et renunciatione ipsius Johannis super dictis terris et officiis recitandoque in eodem instrumento dictum Johannem magnum corporale iuramentum prestuisse nuncquam in contrarium sue renunciationis deuenire . Nichilominus a prosecutione dictorum terrarum et officiorum dictus Johannes cessare recusauit sed instantissime requisiiit prefatum vicecomitem quatenus dictum breue debite executioni demandaret per quod petiit dicta terras et officia sibi fieri . Quo

facto prefati procuratores solempniter protestati sunt nomine quo supra quod quicquid factum vel gestum fuerit in dicta materia per prefatum iudicem aut aliquos alios ad assisam missos vel electos prefatis episcopo et capitulo dicte ecclesie Brechinensis non cederet in preiudicium aut grauamen in eorum pacifica possessione dictarum terrarum et officiorum cum dictus Johannes non habuit personam eadem prosequi pro ipsius resignatione . . . eorundem sub suo magno juramento prout in dicto instrumento publico ibidem in plana curia perlecto cum certis aliis clausulis ad dictam materiam necessariis clare constabat, et de remedio juris . . . Super quibus . . . petierunt . . . instrumentum . . . fieri . Acta . . . in prefato pretorio . . . hora quasi undecima ante meridiem . . . Presentibus ibidem honorabilibus et discretis viris Johanne Dempstare de Karaldistoun Alexandro Cravmond de Auldbare Alexandro Rynd de Broxmouth Henrico Petcarne de Forther Magistris Willelmo Meldrum canonico Brechinensi Jacobo Ogiluy fratre germano domini de Ogiluy et David Crayl notario publico ac clerico vicecomitatus de Forfare cum diuersis aliis . . .

Et Ego Daud Bell Presbiter Sanctiandree dioc<sup>is</sup> publicus apostolica et imperiali autoritatibus notarius . Quia . . .

Instrumentum Saisine .

LXXXI. **I**n nomine Domini . . . pateat euidenter quod anno ab Incarnatione Domini millesimo quadringentesimo nonogesimo septimo mensis Januarii die penultimo Indictione prima Pontificatus . . . Alexandri . . . pape sexti anno sexto . . . personaliter constitutus honorabilis vir Robertus Litstar ciuis Ciuitatis Brechinensis . . . vnum annum redditum viginti trium solidorum et quatuor denariorum de vno tenemento jacente infra Ciuitatem Brechinensem ex parte orientali eiusdem inter terras

heredum quondam Johannis Inglis ad boream et terras Michaelis Wythand ad austrum vnacum vna acra terre arabilis dicto tenemento annexa in manibus Johannis Duncansonne vnus balliuorum dicte Ciuitatis per denarii traditionem pure et simpliciter resignauit . Qua resignatione sic facta . . . Idem balliuus . . . saisinam et hereditariam possessionem dicti annui redditus domino Dauid Andree communi procuratori capellanorum chori Brechinensis per dicti denarii traditionem dedit . . . Deinde idem Robertus vnum alium annuum redditum sex solidorum et octo denariorum de vno tenemento jacente in le Kirkgait inter terras domini Johannis Chapman ad occidentem et boream et Dauid Rait ad orientem in manibus dicti balliui per denarii traditionem . . . resignauit . Qua resignatione sic facta . . . idem balliuus . . . saisinam et hereditariam possessionem dicti annui redditus prefato domino Dauid per denarii . . . traditionem . . . ministrauit secundum tenorem carte desuper confecte saluo jure cuiuslibet . Super quibus . . . dictus dominus Dauid a me notario . . . sibi fieri petiit instrumentum . . . Acta super fundum dictorum tenementorum . . . Presentibus ibidem Johanne Avale Willelmo Craik Johanne Sadillare Waltero Tyndail et Dauid Fox sergeando cum diuersis aliis . . .

Et ego Valterus Clerk . . . notarius . . .

Venditio de Reidmyr .

LXXXII. **O**mnibus hanc Cartam visuris vel audituris Alexander Irwine de Drumme ac dominus superior terrarum de Reidmyr et Quhitriggis . . . Salutem . Noueritis me dedisse . . . venerabili viro magistro Andree Liell thesaurario ac officiali Abirdonensi vnum annuum redditum decem mercarum vsualis monete Scotie annuatim . . . leuandum de totis et integris terris de Reidmyr et Quhitriggis cum suis pertinentiis jacentibus

infra Vicecomitatum de Kincardyn Quemquidem annum redditum Alexander Irwyne de Belteis ac dominus de Reidmyr et Quhitriggis in manibus meis per suum legitimum procuratorem . . . pure et simpliciter resignavit . Tenendum et habendum totum et integrum annum redditum antedictum . . . prefato magistro Andree et suis assignatis a me et heredibus meis de supremo domino nostro Rege in feodo et hereditate imperpetuum cum omni jure . . . Ac . . . leuandum annuatim de totis et integris terris antedictis . . . vbi sibi melius placuerit . . . ad duos anni terminos vsuales . . . Cum libera potestate . . . dictas terras inhabitantes easdem et sua bona ad manus proprias sine quocumque juris ministro pro dicto annuo reddito namare . . . Reddendo inde annuatim dictus magister Andreas et sui assignati Supremo domino nostro Regi duos denarios vsualis monete Scotie super solum dictarum terrarum ad festa pentecostes nomine albe firme si petatur tantum pro omni alio seruicio . . . Et ego vero dictus Alexander Irwyne de Drumme et heredes mei . . . warantizabimus . . . In cuius Rei testimonium huic presenti carte mee Sigillum meum est appensum apud Abirdene xxij<sup>o</sup> die mensis Februarii anno Domini millesimo quadringentesimo nonagesimo septimo coram hiis testibus Johanne Lesly de Wardris Jacobo Lindesay de Birs Johanne Keitht Alexandro Abirdour magistro Jacobo Lindesay et domino Johanne Striveling notario publico cum multis aliis .

Litera balliuatus Alexandri Irwyne de Drwm super terris de Reidmyr et Quhitriggis .

LXXXIII. **A**lexander Iruyne de Drume ac dominus superior terrarum de Redmyr et Quhitriggis dilectis meis Willelmo Liell de Haltoun Andree Ravine Willelmo Sibbaldi et ac ipsorum cuilibet coniunctim et diuisim

balliuis meis in hac parte . . . Quia dedi et concessi hereditarie venerabili viro magistro Andree Liell thesaurario Aberdonensi vnum annum redditum decem marcarum vsualis monete . . . de Redmyr et Quhitriggis . . . Vobis igitur . . . precipio . . . quatenus dicto magistro Andree . . . saisinam hereditariam totius et integri dicti annui redditus . . . deliberetis . . . Datum sub sigillo meo apud Aberdene vicesimo die Februarii anno Domino millesimo quadringentesimo nonagesimo septimo .

Mortificatio Jacobi quarti Regis de terris de Redemyr et Quhiteriggis .

LXXXIV. **J**acobus Dei gratia Rex Scottorum . . . Sciatis nos quamdam cartam dilecti clerici nostri Magistri Andree Liell thesaurarii Abirdonensis factam sancte et indiuidue Trinitati ac capellanis choristis et communia recipientibus in choro ecclesie cathedralis Brechinensis . . . pro salute animarum infrascriptarum . . . intellexisse sub hac forma . Omnibus . . . Magister Andreas Liell thesaurarius Abirdonensis Salutem . . . Noueritis me in laudem sancte et indiuidue Trinitatis pro salute animarum excellentissimi principis quondam Jacobi tertii Scotorum Regis illustrissimi et Margarete Regine Scotie consortis sue et prosperitate metuendissimi Domini nostri Regis moderni Jacobi quarti Regis Scotorum antecessorum et successorum suorum . Pro saluteque animarum patris mei et matris mee omnium fidelium defunctorum et precipue eorum omnium quibus unquam debitor fui et penes quos aliquo modo in hoc mundo deliqui aut de eorum bonis qualitercumque habui dedisse . . . dicte sancte et indiuidue Trinitati ac capellanis choristis et communia recipientibus in choro ecclesie cathedralis Brechinensis . . . annum redditum decem marcarum vsualis monete Regni . . . annuatim . . . leuandum ad duos anni terminos vsuales . . . per equales

portiones de firmis et redditibus terrarum de Redemyre et Quhiteriggis cum suis pertinentiis jacentium infra vicecomitatum de Kincardin vbi dictis capellanis magis expediens videbitur ut in carta inde michi confecta plenius continetur . Tenendum . . . dictum annuum redditum . . . dictis capellanis et choristis Brechinensibus et suis successoribus . . . in puram et perpetuam elemosinam in proprietate imperpetuum . . . Tenebuntur tamen dicti capellani ecclesie . . . choriste et communia recipientes et sui successores cotidie celebrare seu celebrari facere ad magnum altare dicti chori coram sancta Trinitate ante horam decimam et post missam celebratam Domini nostri Regis unam missam de requie que vocabitur missa de Inclina cum oratione Inclina et collecta Miserere et aliis orationibus consuetis pro defunctis et benefactoribus in vita et in morte et pro illis in purgatorio remanentibus et misericordiam Dei exspectantibus orationum suffragia . Et semper post missam celebratam pro defunctis dicat celebrans quicumque fuerit De Profundis cum aspersione aque benedictæ tantum pro omni alio onere . . . In Cuius Rei testimonium sigillum meum huic presenti carte est appensum apud Aberdene vicesimo quarto die mensis Februarii anno Domini millesimo quadringentesimo nonagesimo septimo Testibus dominis Willelmo Liell Johanne Schoriswod presbiteris magistris Jacobo Lindesay et Johanne Kennerty cum multis aliis . Quamquidem cartam . . . in omnibus et per omnia . . . ratificamus . . . et ad manum mortuam pro perpetuo . . . confirmamus . Saluis nobis . . . dictorum . . . orationum suffragiis deuotarum tantum . In cuius rei testimonium presenti carte nostre admoritizationis et confirmationis Magnum Sigillum nostrum apponi precepimus Testibus Reuerendo in X<sup>o</sup> patre Willelmo Episcopo Abirtonensi nostri secreti sigilli custode dilectis consanguineis nostris Georgio comite de Huntle domino Badenach cancellario nostro Johanne domino Drummond Justiciario nostro



Andrea domino Gray Lawrencio domino Oliphaunt Roberto Lundy de Balgony milite thesaurario nostro et dilectis clericis nostris magistris Ricardo Murehede decano Glasguensi secretario nostro et Waltero Drummond decano Dunblanensi nostrorum Rotulorum et Registri ac Consilii clerico apud Perth vicesimo octauo die mensis Marcii anno Domini millesimo quadringentesimo nonagesimo octauo Et Regni nostri decimo .

Litera balliuatus magistri Andree Liell super terris de Redmyr et Quhiteriggis .

LXXXV. **M**agister Andreas Liell thesaurarius Aberdonensis ac pensionarius Brechinensis dilectis meis Roberto Rate de Drumtokty Willelmo Sibate Andree Rauen et Georgio Barkla et eorum cuilibet . . . balliuis meis in hac parte . . . Quia dedi in puram et perpetuam elemosinam capellanis perpetuis cathedralis ecclesie Brechinensis in choro eiusdem deseruiantibus unum annum redditum decem marcarum vsualis monete Scotie de . . . terris de Redmyr et Quhiteriggis . . . Vobis igitur . . . mando quatenus dictis capellanis . . . saisinam successoriam . . . annui redditus antedicti . . . tradatis . . . Datum sub sigillo meo apud Vniuersitatem Aberdonensem vicesima die mensis Maii anno Domini millesimo quadringentesimo nonagesimo octauo .

(In dorso) Die xxvij Februarii 1602.

Product. coram domino Commissario Brechinensi judicialiter sedente in modum probationis .

Instrumentum saisine in favorem Agnetis Baxter .

LXXXVI. **I**n nomine Domini . . . pateat quod anno Incarnationis Dominice millesimo quadringentesimo nonagesimo nono mensis Octobris die vicesimo Indictione tertia Pontificatus . . . Alexandri . . . pape sexti anno octavo . . . personaliter constitutus honorabilis vir Robertus Litstar vnus balliuorum Ciuitatis Brechinensis accessit ad quandam partem tenementi jacentis infra Ciuitatem Brechinensem ex parte orientali eiusdem inter terras Johannis Avale tam ad austrum quam ad boream et viam regiam ad occidentem et terras heredum quondam Johannis Scall ad orientem et ibidem recitavit quod Agnes Baxter nunc sponsa Johannis Joffra ciuis Ciuitatis Brechinensis per inquisitionem fidedignorum communium Brechinensium cognita fuit in cur[ia affirmata] legitima et propinquior heres Richardi Litstar de dicta parte tenementi Quare dictus Robertus ballius . . . saisinam et hereditariam possessionem dicte partis tenementi dicte Agneti per traditionem le Hesp et S[tapil] terreque et lapidis donationem dedit contulit pariter et ministravit . Saluo jure cuiuslibet . Ac ipsam Agnetem in dictam partem tenementi inclusit et in pace remisit . Super quibus . . . dicta Agnes a me notario . . . sibi fieri petiit instrumentum . . . Acta . . . super fundum dicti tenementi . . . Presentibus ibidem Roberto Avale Willelmo Cobb Gilberto Merschale Willelmo Georges et Symone Valcar sergeandis cum diuersis . . .

Et ego Valterus Clerk Presbiter Brechinensis diocesis publicus auctoritatibus Apostolica et Imperiali notarius . . . signavi . . . in fidem et testimonium veritatis . . . premissorum vnacum appensione sigilli prefati Roberti per dictam Agnetem cum instancia impetrati .

Instrumentum saisine in favorem Henrici Stevinsoun et eius sponse .

LXXXVII. **I**n Dei nomine Amen . . . pateat euidenter . . . quod anno Incarnationis Dominice millesimo quingentesimo quinto mensis uero Junii die quarto . . . personaliter constitutus discretus vir Ricardus Turyng ciuis Ciuitatis Brechinensis . . . unam petiam terre jacentem ex parte occidentali dicte Ciuitatis inter terras nobilis domine Margarete Carmychel ducisse Montis Rosarum ad occidentem terras dicti Ricardi ad boream terras Johannis Tendel ad orientem et viam ecclesie ad austrum cum pertinentiis in manibus honorabilis viri Stephani Annand unius balliuorum dicte Ciuitatis Brechinensis per fustem et baculum in fauorem prouidi viri Henrici Stevinsoun ciuis dicte Ciuitatis et Margarete Bercula eius sponse sursum reddidit pureque simpliciter resignauit . . . Reseruando dicto Ricardo et Egidie Rait eius sponse et eorum heredibus unum annum redditum viginti solidorum usualis monete regni Scotie Quaquidem resignatione sic facta . . . idem balliuus virtute . . . sui officii balliuatus . . . saisinam et possessionem hereditariam dicte petie terre cum pertinentiis dicto Henrico et Margarete eius sponse in coniuncta infeodatione presentibus et acceptantibus . . . deliberauit . . . Et in signum realis . . . possessionis per dictum balliuum sic tradite dictum Henricum et Margaretam eius sponsam infra antiquos muros remanentes solos inclusit et in pace dimisit . . . Acta . . . super fundo dicte petie terre hora decima aut eocirca ante meridiem . . . presentibus ibidem discretis viris Jacobo Pottar Roberto Stevinsoun Johanne Riche Jacobo Cutlar Willelmo Geagis sergiaño et Johanne Brown notario publico cum diuersis aliis . . .

Et ego Andreas Bryantoun Presbiter Sancti Andree dio<sup>e</sup> sacra apostolica et regia auctoritatibus notarius publicus . . .

Instrumentum Resignationis Elene Crukschank .

LXXXVIII. **I**n Dei nomine Amen . . . pateat euidenter et sit notum quod anno Incarnationis Dominice millesimo quingentesimo sexto mensis vero Junii die quarta . . . In honorabilis viri Stephani Annand unius balliuorum Ciuitatis Brechinensis pro tribunali sedentis meique notarii publici et testium subscriptorum presentia personaliter constituta prouida mulier Elena Crukschank relicta quondam Ricardi Purrok olim cinis dicte Ciuitatis Brechinensis . . . lacrimando quod suam coniunctam infeodationem tenementi quondam Ricardi dicti sui sponsi jacentis infra dictam Ciuitatem ex parte orientali eiusdem inter terras Johannis Webster ad boream et terras magistri Walteri Scal ad orientem et terras Johannis Avail ad austrum et communem viam regiam ad occidentem in manibus dicti balliui pure et simpliciter reliquit . . . Acta erant hec apud Meilhill Brechineñ . . . presentibus ibidem prouidis et discretis viris domino Johanne Ferrour curato Brechinensi Roberto Litster Henrico Steynsone Henrico Meldrum Johanne Webster Alexandro Crawford Gilberto Merschell Ricardo Turyng Johanne Thowlace Johanne Cunyng-hame ciuibus dicte Ciuitatis et Symone Walcar sergeando cum diuersis aliis . . .

Et ego Andreas Bryantoun presbiter Sanctiandree dio<sup>c</sup> publicus apostolica et regia auctoritatibus notarius .

Carta Willelmi Episcopi Johanni Annand et eius sponse .

LXXXIX. **O**mnibus hanc cartam visuris vel audituris Willelmus miseratione diuina Episcopus Brechinensis Salutem in omnium Salvatore Noueritis nos cum consensu et assensu capituli nostri capitulariter congregati su-

per hoc diligenti tractatu ecclesie nostre cathedralis Brechinensis . . . dedisse . . . dilectis nostris Johanni Annand cuius nostre Ciuitatis Brechinensis et Jonete Sadillar eius sponse et eorum diutius viuenti heredibus suis et assignatis unum tenementum cum pertinentiis jacens in Ciuitate nostra predicta ex parte orientali eiusdem inter terras Johannis Webster allutarii ad boream et terras magistri Walteri Scall ad orientem et terras Johannis Avail ad austrum et communem viam regiam ad occidentem . Quodquidem tenementum . . . olim fuit quondam Ricardi Purrok hereditarie et nunc Ricardi filii sui . Et quod tenementum cum pertinentiis idem Ricardus filius et heres Ricardi sui patris . . . in manibus nostris tanquam in manibus domini superioris eiusdem apud nostrum palatium de Brechin per fustem et baculum . . . resignauit . Tenendum . . . de nobis et successoribus nostris Brechinensibus episcopis in feodo et hereditate imperpetuum . . . Reddendo inde annuatim . . . nobis et successoribus nostris episcopis Brechinensibus duos solidos usualis monete regni Scotie ad duos anni terminos consuetos . . . cum aliis et singulis seruitiis nobis in dicta Ciuitate nostra debitis et consuetis . . . In cuius rei testimonium huic presenti carte nostre sigillum nostrum rotundum unacum sigillo communi capituli nostri predicti pro eorum consensu et assensu presentibus sunt appensa . Apud Capitulum nostrum predictum nono die mensis Junii anno Domini millesimo quingentesimo sexto presentibus ibidem venerabilibus et circumspectis viris magistris et dominis Willelmo Meldrum cantore presedenti Patricio Boyes thesaurario Thoma Meldrum subdecano Johanne Meldrum de Bukgergill Johanne Forsith de Kilmoir canonicis nostre ecclesie cathedralis Brechinensis Roberto Avail et Andrea Bryantoune notario publico cum diuersis aliis .

Willms Epūs Brechineñ manu propria .

Hugo Douglas decanus manu propria .

Instrumentum Saisine in favorem Johannis Annand et eius sponse .

XC. **I**n Dei nomine Amen . . . pateat euidenter quod anno Incarnationis Dominice millesimo quingentesimo sexto mensis vero Junii die undecima . . . personaliter constituti Johannes Annand eius Ciuitatis Brechinensis et Joneta Sadillar eius sponsa quoddam preceptum reuerendi in Christo patris . . . Willelmi Episcopi Brechinensis suo signeto roboratum de et super quodam tenemento jacente infra Ciuitatem Brechinensem ex parte orientali eiusdem inter terras Johannis Avail ad austrum et terras Johannis Webster ad boream et terras arabiles magistri Walteri Scall ad orientem et communem viam regiam ad occidentem honorabilibus viris Stephano Annand et Johanni Ricardi balliuis dicte Ciuitatis et in huiusmodi precepto specialiter nominatis tradiderunt exequenti huiusmodi sub tenore Williame be the mercye off God bischop of Brechin till our lovittis Jhone Richard and Stevin Annand bailzeis off our said citte off Brechin greting Forsamekle as Richard Purrok sone and air to Richard Purrok his fader has purrely and symply resignyt in our handis ane tenement liand on ye est syid off our said citte off Brechin betwex ye landis off Jhone Webster cordinar at ye north and ye landis off Jhone Avail at ye south and ye landis off maister Walter Skal at ye est and ye commone streit at ye west . The quhilk tenement with ye pertinentis we haff gevin heretably to our lovittis Jhone Annand and Jonet Sadillar his spouss and to ye langast leuar of yaim twa and to yair airis . Our will is herfor . . . yat ze pas to ye said ground land and tenement . . . and yair ye sall giff heretabil . . . saisng off ye said land and tenement to ye saidis Jhon and Jhonet his spouss and to ye langast leuar of yaim . . . Gevin under our signet at Brechin ye x day off Junii ye zer off God ane thowsand

fyve hundreth and sax zeris Quiquidem balliui huiusmodi preceptum reuerenter ad manus receperunt et per me notarium publicum subscriptum perlegi fecerunt . Quo perlecto idem balliui statum saisinam et hereditariam possessionem dicti tenementi prefatis Johanni et Jonete . . . dederunt . . . Acta erant hec super fundum dicti tenementi . . . presentibus ibidem honorabilibus viris Patricio Annand Wilhelmo Ricardi Alexandro Crawmond et Symone Walcar sergeando cum diuersis aliis . . .

Et ego Walterus Clerk presbiter Brechinensis dio<sup>c</sup> publicus auctoritatibus apostolica et regali notarius . . .

Instrumentum sasine in favorem Johannis Rugline heredis Wilhelmi Mychelsoun àvunculi sui .

XCI. **I**n Dei nomine Amen . . . pateat euidenter et sit notum quod anno Incarnationis Dominice millesimo quingentesimo sexto mensis vero Marcii die nono . . . personaliter constitutus Johannes Ruglene alias Tomsoun habens et tenens in manibus suis quoddam preceptum reuerendi in Christo patris . . . domini Wilhelmi . . . episcopi Brechinensis accessit ad quoddam tenementum quondam Wilhelmi Mychelsoun jacens ex parte orientali Ciuitatis Brechinensis inter terras Johannis Guthre ad austrum et terras David Baxster ad boream et terras magistri Walteri Scall ad orientem et communem viam regiam ad occidentem Quodquidem preceptum ibidem . . . honorabili viro Petro Seres uni balliuorum dicte Ciuitatis debite executioni tradidit demandans . Quodquidem preceptum idem Petrus . . . mihi notario publico subscripto tradidit perlegendum huiusmodi sub tenore Williame be the mercy off God bischop off Brechin to our lovittis Robert Litster and Petir Seres bailzeis off our citte off Brechin greting Forsamekle as it is

fundin be ane assyiss befor zow throw ye verteu off ane breif be inquisi-  
 cioun direckit to yow off our souerane lordis chapell yat Jhon Rugling  
 is nerrast and verray lauchfull air to umquhil Williame Mychelsoun ye  
 said William sister sone off ane land and tenement liand within our  
 said citte on ye est syid off ye samyin at ye north off ye landis off Jhon  
 off Guthre and ye south off ye landis off ye airis off umquhile Dauid  
 Baxster and with ye heidis off ye zardis at ye est and ye commoun  
 streit at ye west with tua akris of arable land pertenant to ye sammyn  
 liand betuix ye landis off sanct Jamys at ye north and ye landis off  
 Jhon Scot and Dauid Baxter at ye west and ye gait yat passis to Cald-  
 hame at ye south and ye Den at ye est with yair pertinence . Our  
 wil is herfor and we charge zow . . . yat . . . zhe sall giff heretable  
 . . . saising off ye said land and tenement . . . to ye said Jhon or his  
 lauchfull actornay . . . Giffin under our signete at our Citte off Brechin  
 ye ix day off March in ye zer off God M. v<sup>c</sup> and sax zeris Quoquidem  
 precepto publice recepto et . . . perlecto idem Petrus ballius ante-  
 dictus . . . saisinam et possessionem hereditariam dicti tenementi una  
 cum dictis acris eidem pertinentibus cum pertinentiis prefato Johanni  
 Rugline . . . deliberavit . . . Acta erant hec super fundo dicti tene-  
 menti . . . presentibus ibidem prouidis viris Willelmo Scowgal Alex-  
 andro Jacobi Alexandro Ramsay Willelmo Scot Henrico Steynsoun  
 Johanne Sadillar Ricardo Sadillar Jacobo Peter et Thoma Mar ser-  
 geandis cum diuersis aliis . . .

Et ego Andreas Bryantoun presbiter Sanctiandree dio<sup>c</sup> publicus  
 apostolica et regia auctoritatibus notarius .



Instrumentum sasine in favorem Willelmi Rede junioris heredis Alexandri Rede patris sui .

XCII. **I**n Dei nomine Amen . pateat euidenter quod anno Incarnationis Dominice millesimo quingentesimo septimo mensis Aprilis die decima tertia . . . personaliter constituta proba mulier Elizabeth Rede relicta quondam Alexandri Rede ciuis Ciuitatis Brechinensis . . . suam coniunctam infeodationem cuiusdam tenementi cum horto et cauda eiusdem jacentis infra Ciuitatem Brechinensem ex parte occidentali eiusdem inter terras Ricardi Turing et heredum quondam Thome Cutlair ad occidentem et terras Alexandri Crawmont ad boream et communem viam regiam ad orientem et terras Ricardi Wilzamsoun ad austrum unacum petia terre arabilis cum pertinentiis eidem tenemento pertinenti in manibus Petri Ceres unius balliuorum dicte Ciuitatis Brechinensis per fustem et baculum . . . resignauit Quaquidem resignatione sic . . . facta . . . idem balliuus . . . saisinam et possessionem hereditariam dicti tenementi horti et petie terre arabilis . . . honorabili viro Willelmo Red seniori ciui Ciuitatis Brechinensis legitimo actornato etiam honorabilis viri Willelmi Rede junioris ciuis dicte Ciuitatis filii et heredis quondam Alexandri Rede ciuis eiusdem Ciuitatis . . . Acta erant hec apud Ciuitatem Brechinensem super fundum tenementi predicti . . . presentibus ibidem discretis viris Willelmo Scot Johanne Ricardi Normanno Lesly Johanne Sadillar Ricardo Rede ciuibus dicte Ciuitatis et Thoma Marr sergeando cum diuersis aliis . . .

Et ego Valterus Clerk Presbiter Brechinensis dio<sup>c</sup> publicus auctoritatibus apostolica et regali notarius . . .

Instrumentum sasine in favorem Johannis Rede capellani fratris predicti Willelmi Rede junioris .

XCIII. **I**n Dei nomine Amen . pateat evidenter quod anno Incarnationis Dominice millesimo quingentesimo septimo mensis vero Aprilis die decima quinta . . . personaliter constitutus Willelmus Rede junior filius et heres quondam Alexandri Rede ciuis Ciuitatis Brechinensis quoddam tenementum [No. XCII.] . . . in manibus honorabilis viri Petri Seras unius balliuorum dicte Ciuitatis Brechinensis in fauorem domini Johannis Rede fratris sui per fustem et baculum . . . resignauit Quaquidem resignatione sic facta . . . idem balliuus . . . saisinam et possessionem hereditariam dicti tenementi . . . discreto viro domino Johanni Rede capellano fratri germano ipsius Willelmi Rede junioris . . . tradidit . . . et in signum status et saisine per eum sic tradite eundem dominum Johannem in domo principaliori dicti tenementi inclusit ac in pace dimisit . . . Acta erant hec apud Ciuitatem Brechinensem super fundo dicti tenementi . . . presentibus ibidem discretis viris magistro Patricio Butergask notario publico Normanno Lesly Ricardo Red et Thoma Mar sergeando cum diuersis aliis . . .

Et ego Valterus Clerk Presbiter Brechinensis dio<sup>e</sup> publicus auctoritatibus apostolica et regali notarius . . .

Instrumentum transsumptum assignationis per Robertum Erskyne militem et dominum ejusdem redditus sibi debiti a burgo de Dunde in favorem decani et capituli canonicorum Brechinensium .

XCIV. **U**niuersis alme matris ecclesie filiis . . . presens . . . transumptum inspecturis Daud Gardin vicarius de Fernuell ac commissarius generalis

reuerendi in X<sup>o</sup> patris . . . Willelmi . . . episcopi Brechinensis ad uniuersitatem causarum specialiter constitutus et deputatus salutem . . . Noueritis quod venerabilis vir magister Thomas Meldrum subdecanus Brechinensis et communis procurator Decani et Capituli canonicorum Brechinensium quasdam literas nobilis quondam viri Roberti Erskyne militis ac domini eiusdem sub eius proprio sigillo armorum alba cera rubea impressa quarum tenor sequitur . . . Robert of Erskyne knyght lord of yat ilk till his wele luvid ye alderman and ye baillies of ye burgh of Dundee gretting wit yhe yat we have ordanit and assignit our pensyone till us acht of your toune till our chaplanis for oure elderis et us singand in ye kyrk of Brechyn Quharfor we requere yhow as oure dere frendis yat yhe will ger ye said chayplanis be payit as yai war wont to be yhe takkand quhit clamys of ye dene of Brechyn of ye said payment at ye termys as yhe mak payment ye quhilk we sall ger alow to yhw at tyme of zoure counttis In wit to heroff to yir lettres we haue put to oure seile at Pertht ye xxvii day of Averill ye yhere of oure lorde a thousand four hundre twenty and nyne yheres coram nobis exhibuit . . . ac judicialiter produxit petensque humiliter a nobis ut huiusmodi literas dicti quondam Roberti transsumi . . . mandare dignaremur . . . Unde nos Daud Gardin commissarius antedictus huiusmodi petitioni . . . fauorabiliter annuens . . . ipsas literas prefati quondam Roberti . . . diligenter inspeximus . . . et . . . per scribam nostre curie Brechinensis notarium publicum . . . in publicam transumpti formam redigi mandauimus . . . Post que omnia . . . Nos Daud Gardin commissarius supradictus . . . decreuimus quod presenti transumpto . . . debeat plenaria . . . fides adhiberi . . . In quorum omnium . . . testimonium premissorum hoc presens publicum instrumentum siue transumptum per notarium publicum infrascriptum . . . publicari sigillo officii nostri officialatus Brechinensis iussimus . . . ap-

pensione communiri Data . . . erant hec in consistoriali loco Brechinensi infra Ciuitatem Brechinensem vigesimo quarto die mensis Junii anno Domini millesimo quingentesimo septimo . . . presentibus ibidem venerabilibus et discretis viris magistro Johanne Meldrum prebendario de Buthergill Johanne Chepman capellano de Caldham Johanne Wemys et Johanne Meldrum laicis famulis ipsius magistri Thome Meldrum cum diuersis aliis . . .

Et ego Andreas Bryantoun Presbiter Sanctiandree dio<sup>o</sup> publicus apostolica et regia auctoritatibus notarius .

Carta Ricardi Turing .

XCV. **O**mnibus hanc cartam visuris uel audituris Ricardus Turing ciuis Ciuitatis Brechinensis Salutem . . . Noueritis me . . . cum consensu et assensu Egidie Rait mee sponse vendidisse . . . nobili viro Dauid Lione de Brekkye illas duas acras terrarum mearum arabilium cum pertinentiis jacentes infra territorium de Brechin inter terras Willelmi Rede ad occidentem ex parte una . et terras Johannis Guthre ad orientem ex parte altera . ac inter terras meas ad boream ex una et terras de ly hauch ad austrum partibus ab altera . . . Tenendas . . . in libero burgagio de supremo domino nostro Rege et successoribus suis Scotorum Regibus in libero burgagio in feodo et hereditate imperpetuum . . . Reddendo inde annuatim dictus Dauid heredes sui . . . firmam regiam inde debitam et consuetam . . . In cuius rei testimonium huic presenti carte mee sigillum meum unacum sigillo dicte sponse mee . . . est appensum apud Ciuitatem Brechinensem decimo die mensis Octobris anno Domini millesimo quingentesimo septimo coram hiis testibus magistro Dauid Gardin vicario de Fernewel ac commissario Brechinensi Petro Seres Roberto Fowlartoune de Dumwne Dauid Nudrye Phil-

lippo Annand Johanne Nudrye Patricio Synclair Alexandro Lyndesay  
Johanne Cowtis et domino Henrico Thome capellano cum diuersis aliis  
testibus .

Mortificatio Jacobi quarti Regis annui redditus de paruis redditibus  
Civitatis Brechinensis capellanis chori ecclesie cathedralis .

XCVI. **J**acobus Dei gratia rex Scotorum omnibus probis hominibus totius  
terre sue clericis et laicis Salutem Sciatis nos in augmentum diuini  
cultus et in laudem et honorem Domini nostri Jesu Cristi beatissimeque  
virginis Marie ac omnium sanctorum et pro salute animarum quondam  
nobilissimorum patris et matris nostrorum quorum animabus propitiatur  
Deus necnon pro salute anime nostre dedisse . . . dilectis nostris chori  
ecclesie cathedralis Ciuitatis Brechinensis capellanis summam tresdecim  
marcarum et octo denariorum usualis monete regni nostri annuatim le-  
uandam . . . de minutis siue paruis nostris annuis redditibus dicte  
Ciuitatis Brechinensis ad duos anni terminos consuetos . . . videlicet  
de terris domini Johannis Chepman capellani inhabitatis per Willelmum  
Quhite duo solidi octo denarii de terris dicti domini Johannis occupatis  
per Isobellam Potter decem solidi de le Forkit akir et dimidietate orti  
occidentalis in manibus Richardi Lyndesay existente octo solidi de terris  
magistri David Gardin sex solidi de terris Johannis Durewarde sex  
solidi de terris Laurencii Smyth tresdecim solidi quatuor denarii de  
terris Johannis Guthre inter duas venellas sexdecim solidi octo denarii  
de terris Johannis Tendail decem solidi de terris Richardi Turing  
occupatis per Jacobum Myr tresdecim solidi quatuor denarii de terris  
prefati Richardi Turing occupatis per Jacobum Potter quindecim solidi  
de terris Jacobi Cutlare tresdecim solidi quatuor denarii de terris de  
le Fetheis inhabitatis per Jacobum Petir sexdecim solidi de terris Ro-

berti Thowlace tresdecim solidi quatuor denarii de terris Johannis Guthre occupatis per Matildam Cabell sex solidi octo denarii de terris quondam Johannis Saidlare unus denarius de terris Malcolmi Cob unus denarius et de terris domini Johannis Walcar capellani duo denarii jacentibus infra Ciuitatem predictam Tenendam et habendam dictam summam tresdecim marcarum et octo denariorum . . . prefatis capellanis et eorum successoribus dicti chori etiam capellanis in puram et perpetuam elemosinam et ad manum mortuam imperpetuum . . . Faciendo inde annuatim dicti capellani et eorum successores predicti pro animabus predictis modo qui sequitur orationum suffragia videlicet diebus obitus quondam patris et matris nostrorum unum solempnem obitum cum anniuersario videlicet placebo dirige et cum missis de requie infra dictum chorum solempniori modo quo fieri poterit celebrandum et quolibet feria sexta videlicet die Veneris ebdomadatim pro nobis unam missam de nomine Jesu per dictos capellanos et eorum successores predictos ad summum altare dicte ecclesie cathedralis pro perpetuo solempniter celebrandum et post nostrum decessum obitum nostrum annuatim similiter solempniter celebrandum sicut pro predictis quondam nostris patre et matre ut superius expressum est . In cuius rei testimonium presenti carte nostre mortificationis magnum sigillum nostrum apponi precepimus Testibus reuerendo in Cristo patre Willelmo Episcopo Abirtonensi nostri secreti sigilli custode dilectis consanguineis nostris Archibaldo comite de Ergile domino Campbell et Lorn magistro hospitii nostri Patricio comite de Boithuile domino Halys Matheo comite de Levenax domino Dernlie Alexandro domino Hume magno camerario nostro Andrea domino Gray justiciario nostro venerabili in Cristo patre Jacobo abbate de Dunfermling thesaurario nostro et dilecto clerico nostro magistro Gawino Dunbar archidiacono Sanctiandree nostrorum rotulorum et registri ac consilii clerico apud Brechin octauo die men-

sis Augusti anno Domini millesimo quingentesimo octauo et regni nostri vicesimo primo .

XCVII. **I**nstrumentum procurationis per Episcopum et Canonicos Brechinenses quo ordinant venerabiles honorabilesque et discretos viros magistros et dominos, Hugonem Dowglass decanum Brechinensem, Willelmum et Thomam Meldrum cantorem et subdecanum ejusdem, Gilbertum Strath-aqubin pensionarium etc. ejusdem, Henricum Quhite prebendarium de Fynnevyn David Balfour de Caraldstoun Walterum Layng Matheum Ker et Thomam Monypenny conjunctim et divisim suos procuratores pro se et nomine suo apud Edinburgh quarto die cessionis vicecomitatus Angusiae seu quibuscunque aliis diebus coram dominis consiliariis seu dominis auditoribus in causa seu causis motis ab aldermano ballivis et burgensibus burgi de Montros et certis nominatis burgensibus praedictis videlicet Andrea Farquhar . . . et diversis aliis burgensibus dicti burgi contra quosdam cives Civitatis Brechinensis penes usum fori Brechinensis . Testibus venerabilibus et discretis viris et dominis Johanne Erskin vicario de Abbirlempno Johanne Ferrour David Andreae Willelmo Brydy Johanne Jaksoun presbiteris cum diversis aliis . . Andrea Bryantoun presbitro Sanctiandreae dice<sup>e</sup> sacra apostolica et regia auctoritatibus notario . 10 Novembris 1508 .

XCVIII. **I**nstrumentum quo Johannes Carnegy de Kynnard tradit unum equum grosii coloris venerabili viro domino Johanni Erskin vicario de Abirlempno ac communi procuratori capellanorum chori Brechinensis pro le herzeld quondam Johannis Carnegy de Kynnard sui patris ac tenentis sextae partis villae et terrarum de Lytil Carcary jacentium in parochia de

Fernuel et vicecomitatu de Forfar eisdemque capellanis pro perpetuo pertinentium ; insuperque assignat praefato domino Johanni procuratori unum ortum cum domo super eundem aedificata ad occidentem jacente pro tofto sextae partis terrarum antedictarum . Testibus providis viris Johanne Bule domino Willelmo Bride capellano et Johanne Vytht . Johanne Brown clerico Sanctiandreae dice<sup>o</sup> imperiali et regali auctoritatibus notario . 26 Novembris 1508 .

Sententia diffinitiva recuperationis duarum mercarum per dominum David Bel capellanum altaris Sancti Georgii infra burgum de Dundee de terris de Wester Brychty coram officiali Sanctiandree .

XCIX. **C**risti nomine inuocato nos Hugo Spens sacre theologie professor decretorum doctor prepositus ecclesie collegiate Sancti Saluatoris ac officialis Sanctiandree principalis iudexque cause et partibus infra-scriptis pro tribunali sedentes in quadam causa per dominum David Bel capellanum altaris Sancti Georgii infra ecclesiam parochialem de Dundee actorem ab una, et aduersus honorabilem virum Thomam Fotheringhayme de Powre filium et heredem quondam Nicholai Fotheringhayme ac Margaretam Cullace olim sponsam eiusdem Nicholai exécutores testamenti et bonorum eiusdem intromissores respectiue reos, partibus ab altera, coram nobis judicialiter ventulata cognoscentes auditis prius partium predictarum petitione responsione allegationibus ceterisque iuribus hincinde productis testiumque depositionibus per nos visis . . . et ad plenum discussis iuxta ea que vidimus . . . jurisperitorum communicato consilio et secuto . Quibus fidelem fieri fecimus relationem in eadem solum Deum pre oculis habentes eiusque sanctissimo nomine primitus inuocato per hanc nostram sententiam diffinitivam pronunciamus . . . et declaramus dictum Thomam Fotheringhayme tan-



quam heredem sui patris necnon eum et prefatam Margaretam dominam secunde tertie terrarum de Brychte et executores et bonorum intromissores prefati quondam Nicholai in viginti quatuor marcis pro spatio et terminis duodecim annorum ante introitum dicti Thome ad ipsas terras de Brychte de quibus debetur annuus redditus duodecim marcarum annuatim capellano predicto ratione sue capellanie juxta mortificationem regiam eiusdem et juxta inquisitionem factam per vicecomites Angusie et rotulas eorum regia autoritate desuper conceptas et coram nobis productas in quibus allocabantur octo libre quondam Thome Fothringhaim de Powre ad sustentationem dicte capellanie de ipsis terris de Westerbrychty saluo tamen calculo et ratiocinio pro tempore vite et occupationis sponse quondam Thome Fothringhame quoad suam tertiam necnon in decem marcis pro terminis quinque annorum saluo similiter calculo de intromissione et laboratione huiusmodi terrarum per relictam prefati quondam Thome ultime elapsorum et de duodecim marcis annuatim in futurum juxta tenorem eius mortificationis prefato domino Daud capellano antedicto soluendis condemnandos fore et condemnari . . . dictosque Thomam et Margaretam in expensis in lite factis et fiendis juxta nostram modificationem eadem nostra sententia condemnantes . . . lata . . . fuit hec nostra sententia diffinitiva in ecclesia fratrum predicatorum infra Ciuitatem Sanctiandree loco consistoriali eiusdem solito . . . et sigillo officii officialatus Sanctiandree principalis roborata Apud Sanctumandream die septimo mensis Aprilis anno Domini m<sup>o</sup> v<sup>o</sup> decimo presentibus ibidem venerabilibus et discretis viris Magistris Andrea Ramsay vicario de Auchtermugty Roberto Daidsonne Gawino Ogilwy Johanne Strathauchin Alexandro Martyne et Johanne Lauder cum diuersis aliis .

- C. **C**arta concessa per Ricardum Turing civem Civitatis Brechinensis venerabili et egregio viro Magistro Hugoni Dowglace decano Brechinensi haeredibus suis et assignatis unius annui redditus sexdecim solidorum monetae Scotiae annuatim levandi de una domo cum petia horti ejusdem pertinente Henrico Steynson civi dictae Civitatis jacente inter terram capellanorum chori Brechinensis ad occidentem et terram dicti Magistri Hugonis ad orientem et terram suam ad boream et viam ecclesiae ad austrum ; tenendi in libero burgagio de supremo domino nostro Rege in feodo et haereditate imperpetuum . Data sub sigillo suo apud Civitatem Brechinensem xxii. die mensis Maii anno Domini millesimo quingentesimo undecimo coram his testibus venerabili et discretis viris dominis Patricio Boyiss thesaurario Brechinensi Johanne Ferroure curato Brechinensi Henrico Thomae Alexandro Crawmont et Johanne Jamesoun capellanus Johanne Annande et Johanne Richard laicis cum diversis aliis .
- CI. **C**arta concessa per eundem Ricardum Turing dicto Magistro Hugoni Dowglace unius partis tenementi in qua inhabitat dictus Ricardus jacentis inter terram quondam Thomae Cutlair ad orientem et terram David Guthre clerici parochialis de Brechin ad occidentem et aliam partem dicti tenementi in qua inhabitat Jacobus Myr ad boream et viam ecclesiae ad austrum in warantum praefati annui redditus . Data sub sigillo suo loco tempore et coram testibus iisdem quibus in carta suprascripta .

- CII. **I**nstrumentum resignationis per eundem Magistrum Hugonem Dowglas decanum ecclesiae cathedralis Brechinensis et rectorem de Inuerarite praedicti annui redditus sexdecim solidorum pro salute animae suae fundati et saisinae dicti annui redditus in favorem venerabilis viri domini Johannis Erskin capellani ac communis procuratoris capellanorum choristarum et communia recipientium in choro ecclesiae cathedralis Brechinensis . Stephano Annand, uno ballivorum Civitatis Brechinensis, ballivo ; testibus discretis viris Jacobo Ross Johanne Cappar Roberto Wilsoun Johanne Hatmakar Malcolmmo Annand et Johanne Broun notario publico . Patricio Carnegy clerico Sanctiandreae dice<sup>o</sup> sacrosanctae sedis apostolicae auctoritate notario . 19 Junii 1511 .
- CIII. **C**arta alienationis concessa per antedictum Henricum Steynsone dicto Magistro Hugoni Dowglas decano Brechinensi suae partis praefati tenementi, a qua dictus annuus redditus percipiendus est, tenendae in libero burgagio in feodo et haereditate imperpetuum . Reddendo inde annuatim domino temporali Brechinensi viginti denarios monetae Scotiae . Data sub sigillo suo apud Civitatem Brechinensem decimo quinto die mensis Martii anno Domini millesimo quingentesimo undecimo coram his testibus dominis Patricio Boyis thesaurario Brechinensi David Ogilvy rectore de Newdosk Stephano Annand uno ballivorum Civitatis Brechinensis Alexandro Guthre Andrea Jhonsoun et domino Johanne Jamesoun capellano cum diversis aliis .

CIV. **C**arta concessa per dictum Magistrum Hugonem Dowglace pro salute animae suae et animarum omnium fidelium defunctorum sanctae et individuae Trinitati ac capellanis choristis et communia recipientibus in choro ecclesiae cathedralis Brechinensis divina officia celebrantibus antedictae partis praefati tenementi . Reddendo annuatim praedicto Richardo Turing viginti octo denarios monetae Scotiae nomine feodifirmae ac etiam domino temporali Brechinensi viginti denarios praefatae monetae nomine annui redditus . Quem annum redditum dicti capellani [in] possessionem habent haereditariam ex donatione regia . Necnon faciendo pro anima sua et parentum suorum suffragia et orationes devotas secundum tenorem cartae suae foundationis praefatis capellanis prius factae . Data sub sigillo suo apud Civitatem Brechinensem secundo die mensis Julii anno Domini millesimo quingentesimo duodecimo coram his testibus Magistris Patricio Carnegy et Johanne Weir notariis publicis Johanne Hatmakar Johanne Gardin Johanne Lam Johanne Cob Johanne Burnesyid Johanne Gardin Johanne Webster et Malcolmo Annand cum diversis aliis .

Carta confirmationis foundationis Magistri Gilberti Strathachin per Willelmum Episcopum Brechinensem .

CV. **O**mnibus hanc cartam visuris vel audituris Willelmus miseratione diuina Episcopus Brechinensis salutem . . . Noueritis nos quamdam cartam venerabilis fratris nostri in Cristo Gilberti Strathachin canonici nostre ecclesiae cathedralis Brechinensis . . . ad plenum intellexisse sub hac forma que sequitur . Omnibus hanc cartam visuris vel audituris Gilbertus Strathachin canonicus ecclesiae cathedralis Brechinensis sa-

lutem . . . Noueritis me in laudem et honorem sancte et indiuidue Trinitatis pro salute animarum reuerendissimi domini domini Jacobi Stewart quondam Sanctiandree Archiepiscopi necnon domini Willelmi Episcopi Brechinensis moderni . pro salute anime mee animarumque patris mei et matris mee magistrorumque Dauid Setoun rectoris de Fedderkarn . Gilberti Setoun avunculorum meorum fratrumque et sororum meorum . . . dedisse . . . dicte sancte et indiuidue Trinitati ac capellanis choristis et communia recipientibus in choro ecclesie cathedralis Brechinensis . . . et eorum successoribus . . . tenementum meum cum le kill et cobill prope magnum molendinum unacum acra terre arabilis et suis pertinentiis contigue cum dicto meo tenemento jacente inter terras heredum quondam Dauid Baxster ad orientem . terras Alexandri Jameson ad boream . ampnem ad austrum . et communem viam que ducit ad pontem Brechinensem ad occidentem . necnon totam et integram binam partem totius tenementi jacentis infra Ciuitatem Brechinensem ex parte orientali vici eiusdem inter terras altaris Sancti Christofori martiris ex parte boreali . et terras Dauid Baxster ex parte australi . et terras Magistri Walteri Scall ex parte orientali . et communem viam regiam ad occidentem . prout jacent in longitudine et latitudine ante et retro cum pertinentiis . Ac etiam unam meam petiam terre arabilis jacentem ex parte orientali dicte Ciuitatis inter terras Magistri Willelmi Meldrum cantoris Brechinensis et domini Johannis Chapman ex parte occidentali et terras Johannis Scot ex parte orientali et terras Magistri Walteri Scall et heredum quondam Dauid Baxster ex parte boreali et ly myll dam ex parte australi . . . Tenenda . . . de reuerendo in Cristo patre . . . Willelmo Episcopo Brechinensi et suis successoribus . . . in puram et perpetuam elemosinam in proprietatem imperpetuum . . . Tenebuntur tamen dicti capellani ecclesie cathedralis Brechinensis choriste et communia recipientes et sui successores cotidie cele-

brare seu celebrari facere futuris temporibus perpetuo duraturis in dicta ecclesia cathedrali . . . hora septima ante meridiem ad altare sanctorum Nicholai Episcopi et Sebastiani martiris annuatim ebdomatim et dietim missas subscriptas videlicet . die Dominica unam missam de Sancta Trinitate . die lune feria secunda missam de Requie . feria tertia sancto spiritu . feria quarta de quinque vulneribus Jhesu Cristi . feria quinta de corpore Cristi . feria sexta de Nomine Jhesu . Sabbato de gloriosissima uirgine Maria . Exceptis maioribus duplicibus festis . et tunc celebrabuntur de die cum memoria in qualibet missa pro me uiuente . videlicet cum collecta . Spiritus sempiternæ Deus miserere famulo tuo Gilberto etc. et collecta pro defunctis fidelium . et me defuncto . collecta . Inclina Domine aurem tuam . vel Deus cui proprium etc. et aliis orationibus consuetis pro defunctis et benefactoribus in vita et in morte pro illis in purgatorio remanentibus et misericordiam Dei expectantibus orationum suffragia . et semper post missam celebratam dicat celebrans pro defunctis quicumque fuerint . de profundis cum aspersione aque benedictæ unacum missa solenni de requie . et placebo et dirige cantantur in vigilia et die obitus mei annuatim fieri . Et si dicti capellani vel eorum aliquis in premissorum celebratione defecerint seu negligens fuerit procurator communis capellanorum pro tempore existens pro quolibet defectu in sex denariis ipsum deficientem condempnabit et alteri capellano ydoneo ad supplendum huiusmodi defectum huiusmodi sex denarios dabit . Et si procurator predictus negligens fuerit pro qualibet missa omissa duodecim denarios ad communionem pro complemento dicti seruitii indies fieri sine misericordia satisfaciēt . Et si dicti capellani defecerint per octo dies in celebrationibus premissorum volo extunc prout exnunc quod licebit fratri meo Johanni Strathachin in Clapottis et suis heredibus presentare unum capellanum ydoneum Episcopo Brechinensi pro tempore existenti ad seruiendum ad dictum

altare et ad celebrandum ibidem ut premissum est . Et insuper omnia et singula premissa modo forma et effectu ut premittitur perimpleantur et ultra premissa infringentes seu negligentes in aliquo premissorum existentes peccatum mortale eo ipso incurrant seu incurrat a quo nisi per episcopum aut pro tempore pensionarium Brechinensem absolui non possint siue possit . Et ulterius puniantur delinquentes arbitrio episcopi et capituli et procuratoris communis canonicorum . Reddendo inde annuatim dicti capellani . . . dicto domino Willelmo Episcopo et suis successoribus . . . annum redditum consuetum videlicet nouem denarios usualis monete regni Scotie nomine albe firme . . . ad duos anni terminos . . . Reseruando michi quoaduixero . . . mutationem huiusmodi foundationis in omnibus . . . et aliam nouam foundationem . . . super premissis quotiens michi placuerit faciendum . In cuius rei testimonium sigillum meum proprium hiis litteris apud Claipottis est appensum quinto die mensis Aprilis anno Domini millesimo quingentesimo duodecimo coram hiis testibus . videlicet Magistro Johanne Thorntoun Johanne Strathachin fratre meo . Malcolmo Muncreif . nepote meo . et Willelmo Andersoun cum diuersis aliis . Quamquidem cartam ac donationem et concessionem in eadem contentas in omnibus . . . pro nobis et successoribus nostris Episcopis Brechinensibus pro perpetuo confirmamus . . . In cuius rei testimonium huic presenti carte nostre confirmationis sigillum nostrum rotundum est appensum . Apud palatium nostrum de Fernewall sexto die mensis Julii anno Domini millesimo quingentesimo duodecimo coram hiis testibus videlicet Magistro Daud Petkarn archidiacono Brechinensi dominis Daud Ouchtirlowny et Willelmo Forsith de Moneky et Montros respectiue vicariis Andrea Ramsay Jacobo Morriss . Andrea Wylly . et Jacobo Myln laicis . cum diuersis aliis .

CVI. **I**nstrumentum saisinae super eandem cartam, datae per honorabilem virum Petrum Seras, civem Civitatis Brechinensis, ballivum praedicti magistri Gilberti Strathachin . Ballivis in praecepto saisinae nominatis, dicto Petro Seras, Johanne Scot uno ballivorum antedictae Civitatis, Johanne Strathachin fratre dicti magistri Gilberti et Willelmo Rede . Praecepto dato eisdem die et loco et coram eisdem testibus ut supra in carta donationis (No. CV.) . Saisina data coram domino Johanne Brechin capellano, Roberto Huntar, Jacobo Pottar, Willelmo Makky, Willelmo Suffwright, Thoma Suentoun, Willelmo Scougall, David Skynnar juniore, Andrea Jofrasoun, Roberto Buchane, et Jacobo Peter sergiando dictae Civitatis, testibus . Patricio Carnegy clerico Sanctiandreae diocesis, sacrosanctae sedis apostolicae auctoritate notario . 8 Julii 1512 .

CVII. **I**nstrumentum saisinae annui redditus sex solidorum de tenemento Johannis Chepman, jacente infra burgum de Montross in vico castris ejusdem, datae per honorabilem virum Wilelmum Scott, constabularium deputatum burgi antedicti, in cujus manus prius resignatus fuerat dictus annuus redditus per discretum virum Wilelmum Tyndail, in favorem venerabilis viri, domini Patricii Tyndail, capellani ; ac etiam saisinae dicti tenementi ipsius datae per dictum constabularium, in cujus manus idem prius resignatum fuerat per dictum Johannem Chepman in favorem praedicti domini Patricii Tyndail . Testibus Johanne Cragy Willelmo Baty burgensibus de Montross, Henrico Stevinsone cive Brechinensi, Ricardo Abirnethy, Alexandro Bell, dominis Johanne Andersone, Johanne Vatsone, Roberto Broun capellanis, et Willelmo Rany sergiando cum diversis aliis . . . Johanne Nauchty in artibus magistro presbitro Brechinensi dice<sup>o</sup> notario . 26 April 1513 .



CVIII. **I**nstrumentum quo probus vir Patricius Naughti burgensis de Montross suam licentiam dat venerabili viro domino Patricio Tyndaill capellano ad construendum et aedificandum . . . sumptibus et expensis suis totum et integrum murum borealem et angularem domus anterioris tenementi sui jacentis infra burgum de Montross in vico castri ex parte occidentali ejusdem inter tenementa praedicti Patricii Naughti ad boream ex una et quondam Thomae Barry et Mariotae Cant ad austrum partibus ex altera super australem et angularem partem domus anterioris tenementi dicti Patricii Naughti, ita quod dictus murus angularis postquam fuerit aedificatus et constructus per dictum dominum Patricium sit et erit communis, in wlgari le bowall gawyll, praefatis domino Patricio Tyndaill et Patricio Naughti; Similiterque Mariota Cant relicta quondam Thomae Barry pro se et haerede suo cum consensu et assensu quorundam consanguineorum et amicorum dicti sui haeredis suam licentiam dat dicto domino Patricio Tyndaill ad construendum totum et integrum murum australem et angularem domus anterioris tenementi sui praedicti super borealem et angularem partem domus anterioris dictae Mariotae Cant et haeredis sui . Testibus discretis viris domino Thoma Ramsay capellano Johanne Stratoune Waltero Ramsay burgensibus de Montross Johanne Masone et Johanne Strathaquin . Johanne Naughti in artibus magistro presbitero Brechinensis dioc<sup>e</sup> notario . 5 May 1515 .

CIX. **I**nstrumentum Saisinae cujusdam tenementi jacentis ex parte occidentali Civitatis Brechinensis inter terras domini Johannis Chepman et praetorium Brechinense ad orientem et terras Ricardi Turing ad occidentem et communem viam regiam ad austrum et viam quae ducit ad Petpodlox ad boream, et unius petiae terrae arabilis jacentis ex eadem

parte occidentali Civitatis Brechinensis inter terras haeredum quondam Johannis Tod ad orientem et terras Johannis Guthre ad occidentem et communem viam regiam ad austrum et le leche de Messindew ad boream, necnon unius petiae terrae arabilis jacentis ex praedicta occidentali parte Civitatis Brechinensis inter terras haeredum quondam Alexandri Red ad orientem et terras Laurentii Smytht ad occidentem et terras Ricardi Turing ad austrum et praedictum le leche ad boream, datae per honorabilem virum Willelmum Ricardi unum ballivorum dictae Civitatis Brechinensis in cujus manus idem tenementum cum dictis petiis terrae arabilis per providum virum Jacobum Cutler alias Layng prius resignatum fuerat in favorem Patricii Annand . Testibus providis et discretis viris Alexandro Ramsay Alexandro Guthre Jacobo Pottar Willelmo Howe Roberto Crukschank Thoma Mar et Malcolmmo Annand sergiando cum diversis aliis . Johanne Broun clerico Sanctiandreae diœ<sup>e</sup> imperiali et regali auctoritatibus notario . 19 Martii 1515 .

CX. **I**nstrumentum Saisinae super resignatione praedicti Patricii Tendall capellani anterioris domi dicti tenementi [No. CVIII.] tegulis videlicet tectae sive coopertae cum suis pertinentiis, necnon cujusdam petiae terrae non aedificatae dicto anteriori tenemento contiguae jacentis et ex parte occidentali ejusdem equalis videlicet longitudinis cum dicto anteriore tenemento et mensurae trium pedum legalium cum dimidio in latitudine in favorem capellanorum chori cathedralis ecclesiae Brechinensis . Reservato tamen Willelmo Tendall fratri germano dicti domini Patricii Tendall et haeredibus suis libero introitu et exitu per portam dicti anterioris tenementi ad posteriores sive interiores domos et hortum praefati tenementi et hoc pro relevatione dictorum capellanorum ad manus constabulariorum praedicti burgi de sectis et servitiis praes-

tandis et fiendis imperpetuum per dictum Willelmum Tendall haeredes suos et assignatos nomine dictorum capellanorum in curiis praefatorum constabulariorum . Saisina data domino Johanni Jamesoun capellano ac communi procuratori dictorum capellanorum per honorabilem virum Magistrum Thomam Erskyne praepositum et constabularium deputatum dicti burgi de Montross sufficiens habentem mandatum principalis ejusdem burgi constabularii ad haec officia exercenda . Testibus discretis et honestis viris Magistro Johanne Naughty vicario de Barry notario publico dominis Georgio Fullertoun vicario de Dwn Johanne Farquhar Johanne Duncane capellanis Johanne Nudrie David Nudrie Willelmo Scot burgensibus dicti burgi et David Baxter sergiando cum diversis aliis . Patricio Carnegy clerico Sanctiandreae dice<sup>e</sup> sacrosanctae sedis apostolicae auctoritate notario . 6 Junii 1517 .

CXI. **I**nstrumentum quo venerabilis vir magister Johannes Meldrum rector de Burgill discreti viri domini Johannis Chepman capellani procurator resignat in manibus Johannis Episcopi Brechinensis quoddam tenementum ipsius domini Johannis Chepman jacens infra Civitatem Brechinensem inter terras quondam Johannis Scot ad boream et terras capellaniae de Cald-hame ad austrum terras praedicti domini Johannis Chepman ad oriens et communem viam regiam ad occidentis, et ipse reverendissimus totum et integrum praefatum tenementum honorabili viro Alexandro Ramsay Brechinensi civi et Jonetae Guthre ejus sponsae tradit . Testibus magistris David Pitcarynn archidiacono Brechinensi Thoma Vemyss Jacobo Lewynstoun David Traill et Symone Uarthynn cum diversis aliis . Georgio Alain artium baculario Sanctiandreae dice<sup>e</sup> sacrae apostolicae sedis auctoritate notario . 10 Maii 1518 .

CXII. **C**arta Johannis Episcopi Brechinensis Johanni Lundoris capellano cujusdam petiae terrae aedificatae unacum cauda et horto eadem petiae terrae adjacentibus et pertinentibus cum pertinentiis jacentis infra Civitatem Brechinensem inter terras haeredum quondam Johannis Avale ad boream terras altaris Sancti Cristoferi ad austrum terras quondam Johannis Scall ad oriens et communem viam regiam ad occidens prius resignatae ab Agnete Baxtar in manibus dicti episcopi per venerabilem virum magistrum Henricum Rouch procuratorem suum; tenendae de Brechinensibus episcopis in feodo et haereditate imperpetuum . Reddendo inde annuatim quadraginta denarios monetae Scotiae . Data sub sigillo rotundo dicti episcopi unacum sigillo communi capituli sui apud supradictam Civitatem Brechinensem die vigesimo quarto mensis Maii anno Domini millesimo quingentesimo decimo nono coram his testibus magistro Johanne Forrest domino Jacobo Dwn capellanis et David Bonar laico cum diversis aliis .

Instrumentum sententiae siue decreti per Joannem Episcopum Brechinensem inter canonicos et collegistas Brechinenses .

CXIII. **D**ie decimo tertio mensis Aprilis anno Domini millesimo quingentesimo vicesimo quarto Nos Johannes episcopus Brechinensis arbitrator tanquam bonus vir per et inter venerabiles viros decanum canonicos et capitulum Brechinense ex una et discretos viros dominos Patricium Tendaiill Gylbertum Willelmi Thomam Ramsay et Willelmum Ramsay capellanos collegii etc. Brechinensis per magnificum virum dominum Valterum Palautinum de Stretherne Atholie et Cathanie comitem et dominum de Brechene et Cortoquhy fundati ad lites et contrauersias inter eosdem sedandum derimendum et extinguendum dubietates ob-

scuritates et ambigua foundationis dicti collegii . . . declarandum et in melius reformandum ac si opus sit de nouo propter commodum et loci utilitatem atque diuini cultus augmentum statuendum necnon circa huius collegii reformationem et perpetuam manutentionem arbitrandum et ordinandum et precipue penes illam clausulam in fundatione eiusdem positam Qui vero duo capellani supportabunt et sustinebunt omnes et singulas quascunque minutas reparationes dicte domus meremio superioris tecti renouatione et parietum seu murorum reedificatione duntaxat exceptis quas magnas reparationes dicti episcopus decanus et capitulum pro perpetuo propriis suis expensis sustinebunt etc. et penes aliam clausulam in eadem positam de utensiliis et domicilliis videlicet de receptione reformatione et restauratione eorundem Verumetiam penes locationem et arrendationem decem camerarum superiorum dicti collegii post obitum dicti principis et loci fundatoris per quondam decanum canonicos et capitulum Brechinense edificatarum et constructarum ac desuper statuendum et ordinandum quo et qualiter reformentur conseruabuntur et in antea manuteneantur etc. cum de refectione supportatione et manutentione earundem neque aliarum trium camerarum inferiorum eiusdem collegii nulla in dicta fundatione mentio facta sit ac etiam ad declarandum omnes et singulos articulos et clausulas in dicta fundatione positas et contentas ad nostrum libere voluntatis arbitrium reformandum . per et inter prefatos decanum canonicos et antedicti collegii capellanos ut predicatur communiter electus etc. Nos igitur . . . arbitrator ut predicatur . . . constitutus . . . ipsisque canonicis atque capellanis hinc inde magno interueniente iuramento astrictis . . . ad . . . obtemperandum nostro . . . decreto . . . de et super clausulis premissis . . . auditis prius partium predictarum petitionibus responsionibus allegationibus etc collegiique prefati fundatione . quodam etiam statuto per quondam . . . Georgium episcopum Brechinensem

de quo erit inferius mentio expressa de et super locatione predictarum decem camerarum . ac etiam . . . defectibus collegii predicti quod caducum existit et ruina minatur nisi de celeri remedio prouideatur ob necligentiam et iniuriam dictorum duorum capellanorum suorumque predecessorum in sustentatione eiusdem cum minutis expensis veluti ratione sue foundationis tenebantur . . . personaliter visis et diligenter consideratis Verumetiam feodis siue annuis redditibus eorundem capellanorum qui tenues et exiles existunt cognitis et intellectis aliisque juribus et documentis hincinde per partes predictas productis et ostensis per nos visis . . . et intellectis . . . habentesque respectum ad rempublicam dicti loci et ut perpetuetur in suis edificiis pluribusque rationibus aliis animum nostrum ad infrascripta mouentibus . desuperque juris peritorum . . . consilio habito et secuto quibus fidelem fecimus relationem etc. . . . solum Deum pre oculis habentes eiusque nomine sanctissimo primitus inuocato pronunciamus decernimus et declaramus clausulam illam Qui duo capellani etc. antedictam modificari et moderari atque futuris temporibus et imperpetuum ut sequitur obseruari videlicet Qui episcopus decanus canonici et capitulum Brechinense futuris temporibus et pro perpetuo supportabunt et sustinebunt omnes et singulas reparationes quascunque tam magnas quam paruas et minutas totius collegii non solum et duntaxat domus per prefatum fundatorem edificate et consummate . sed etiam aliarum decem camerarum superiorum post mortem et obitum ipsius fundatoris edificatarum et per quondam episcopum decanum canonicos et capitulum Brechinense consummatarum et ornatarum cum moderatione ut infra dicitur . Verum etiam dicti episcopus decanus canonici et capitulum supportabunt et sustinebunt alias tres cameras inferiores nunc edificatas pro perpetuo . prefatosque duos capellanos eorumque successores ab omnibus . . . supportationibus et sustentationibus totius collegii et ipsius edifici in

presentiarum edificati . . . exoneramus . . . Et quod episcopum decanum canonicos et capitulum antedictum onerauimus cum minutis reparationibus prefate domus quas duo capellani antedicti sustinere tenentur virtute sue foundationis . Etiam onerauimus eosdem ad reparationem supportationem et sustentationem totius collegii ad quas minime tenebantur virtute foundationis eiusdem . propterea ne nimium dampnum propter hoc dicti episcopus decanus canonici et capitulum in futurum reportare possint . . . pronunciamus . . . et declaramus prefatas decem cameras superiores prius obitum fundatoris ut predicatur constructas et consummatas allocandas et arrendandas fore et esse secundum vim . . . et tenorem cuiusdam statuti per quondam . . . Georgium episcopum Brechinensem decanum et capitulum eiusdem editi . Quodquidem statutum in omnibus et singulis suis punctis articulis et conditionibus . . . approbamus et ratificamus et quantum opus sit de nouo constituimus . . . et in perpetuam rei memoriam tam per dictos episcopum decanum canonicos et capellanos quam per suos successores inuolabiliter pro perpetuo obseruandum fore et esse decernimus . Cuiusquidem statuti tenor sequitur in hec uerba . Vicesimo sexto die Augusti anno Domini millesimo quadringentesimo sexagesimo secundo conuenientibus in domo capitulari Brechinensi in congregatione generali canonicorum ad hoc debite citatorum reuerendo in Christo patre . . . Georgio Schorivod . . . Episcopo Brechinensi et venerabilibus viris magistris et dominis . Johanne de Spalding decano Georgio de Seres cantore Willelmo de Ogylwy cancellario Stephano Angusii thesaurario Willelmo Rynd subdecano Waltero Ydill pensionario Johanne Monypenny de Bouchterkyll et Johanne Willelmi officiali canonicis dicte ecclesie omnibus et singulis canonicis prius debite euocatis . Procurator capituli absentium canonicorum citatorum . . . et non comparentium contumacias accusauit et ipsis contumacibus reputatis procedendum fore decreuerunt

Idem reuerendus pater et canonici presentes ad statuendum et prouidendum in subsequentibus . ad laudem sancte Trinitatis et ad decorem et honorem canonie Brechinensis etc. Et primo ipsi attendentes et considerantes quod quondam magnificus dominus Valterus Palatinus de Stretherne Atholie et Cathanie Comes et dominus de Brechene et de Cortoquhy . . . ad honorem sancte Trinitatis et ecclesie Brechinensis construi et edificari fecit quoddam collegium et nondum consummatum pro certis capellanis et pueris per eum fundatis in dicta ecclesia Brechinensi qui diuino seruicio in eadem ecclesia horis nocturnis pariter et diurnis continue interesse tenebuntur et tenentur prout in eorum fundatione latius continetur . Propterea matura deliberatione prehabita decreuerunt statuerunt et ordinauerunt unanimi consensu . . . quod procurator communis capituli de communia canonicorum persolueret et realiter satisfaceret ad consummationem et complementum dicti collegii viginti mercas monete Scotie quam cito leuari poterunt et indilate . Et quia ipsi reuerendus pater episcopus Brechinensis decanus et canonici prescripti se ostendebant beneuolos et fauorabiles ad consummationem dicti collegii et quia huiusmodi collegium non sine magnis sumptibus et expensis sustentari poterit . Ideo de consensu . . . capellanorum omnium dicti collegii hiidem episcopus decanus et canonici statuerunt . . . ad perpetuam rei memoriam quod decem camere superiores dicti collegii locentur ad annuam firmam prout videbitur expedire ad vitam seu ad certum tempus eas conducere et eas sumptibus suis et expensis reparare volentium pro annuo reddito singulis annis persoluendo Quiquidem annuus redditus applicabitur perpetuo ad sustentationem et reparationem collegii predicti et conseruabitur colligetur et disponetur per unum canonicorum et unum capellanorum annuatim eligendorum per episcopum decanum ecclesie Brechinensis et capellanos dicti collegii . Et huiusmodi annuus redditus conseruabitur sub duabus claibus in una



techa quarum unam conseruabit canonicus et aliam capellanus dicti collegii . Et computum reddent de receptis et expensis iuxta iussionem episcopi decani et capituli pro tempore existentium . Et ad hec fideliter obseruanda et perimplenda perpetuis futuris temporibus hiidem capellani pro se et suis successoribus fide media se astrinxerunt manibus leuatis et extensis et in uerbo Dei prout per instrumentum publicum desuper confectum signo et subscriptione domini Johannis Gy notarii publici roboratum luculenter poterit apparere . Presentibus domino Gawino Thome Thoma Mordaci Johanne Mychaelis Daudid Brunshaw Thoma Rany capellanis Johanne Litster Willelmo Cure Andrea Layng Johanne Scall et Jacobo Forres ciuibus de Brechene cum multis aliis etc. Ceterum ad clausulam de domiciliis et utensiliis etc. decernimus et ordinamus quod procurator communis canonicorum et capituli deliberabit cum omni diligentia prouisori administratori seu senescallo dicti collegii . . . utensilia et domicilia oportuna quibus caret per fidedignos eidem prouisori coram procuratore et alio canonico ecclesie apreciata et in suo recessu ab huiusmodi officio deliberabit eadem procuratori canonicorum pro tempore existenti . Et si interim consumpta seu dampnificata fuerint tempore sui officii reficiat eadem ad pristinum statum quo per eum recepta fuerant . alioquin dabit verum valorem uniuscuiusque rei per eum prius recepte . aut pretium eorundem ad quod apreciata fuerant tempore quo eadem recepit . Et ad hoc faciendum tenebuntur et astringentur omnes et singuli administratores seu senescalli dicti collegii perpetuis futuris temporibus siue fuerint de gremio loci siue fuerint extranei etc. Declarationemque omnium et singulorum aliorum articulorum siue clausularum in dicta fundatione . . . contentorum nobis in posterum reseruamus . In quorum omnium et singulorum . . . testimonium premissorum presentes literas siue presens publicum instrumentum huiusmodi nostram declarationem decretum

ordinationem siue sententiam arbitralem in se continentes siue continens exinde fieri et per notarium publicum nostrumque in huiusmodi declaratione etc. coram nobis scribam infrascriptum subscribi et publicari mandauimus nostrique sigilli iussimus et fecimus appensione communiri . Data et acta in domo capitulari Brechinensi anno millesimo quingentesimo vicesimo quarto . . . die vero Mercurii decimo tertio mensis Aprilis . . .

Et ego Patricius Carnegy clericus Sanctiandree dio<sup>c</sup> sacrosancte sedis apostolice auctoritate notarius . . .

CXIV. **I**nstrumentum saisinae super resignatione Johannis Annand civis Brechinensis Civitatis in manibus Johannis Brown unius ballivorum dictae Civitatis unius anni redditus tresdecim solidorum et quatuor denariorum monetae Scotiae levandi de suo tenemento jacente infra Civitatem Brechinensem ex parte orientali ejusdem inter terras haeredum quondam Willelmi Wobster ex parte boreali et terras arabiles magistri Walteri Scall capellani ex parte orientali terras haeredum quondam Johannis Awell et nunc Roberti Matheris carpentarii ex parte australi et communem viam regiam ex parte occidentali in favorem venerabilis viri domini Patricii Boyss thesaurarii ecclesiae cathedralis Brechinensis haeredum suorum et assignatorum . Testibus venerabilibus honestis et discretis viris videlicet magistris David Petcarne archidiacono Brechinensi Alexandro [Setoun] pensionario canonicis ecclesiae cathedralis Brechinensis dominis Willelmo Murra Andrea Fyndelai capellanis Willelmo Bettoun de Wosthall Johanne Petcarne Willelmo Cob et Willelmo Howye sergeando cum diversis aliis . Johanne Ettell presbitro Sanctiandreae dio<sup>c</sup> auctoritate apostolica notario . 12 Junii 1526 .

- CXV. **C**arta ejusdem anni redditus concessa per dictum Johannem Annand praedicto Patricio Boyis thesaurario Brechinensi . Testibus Magistris David Petcarne archidiacono Alexandro Setoun pensionario canonicis Brechinensibus dominis Willelmo Mürra Andrea Fyndelay capellanis Johanne Petcarne David Clark laicis et domino Johanne Ettell capellano notario publico cum diversis aliis . 16 Junii 1526 .
- CXVI. **I**nstrumentum saisinae in favorem domini David Broun capellani super resignatione Magistri Willelmi Meldrum vicarii Brechinensis in manibus praefati Johannis Broun ballivi antedicti sui tenementi cum horto eiusdem jacentis ex parte occidentali Civitatis Brechinensis inter mansum venerabilis viri magistri Jacobi Scrymgeour praecentoris Brechinensis ad oriens et ly college wynd ad occidentens et quandam petiam terrae non aedificatae ecclesiae cathedrali Brechinensi pertinentem ad austrum et communem viam regiam ad boream cum una acra terrae arabilis eidem tenemento pertinente jacente ex parte occidentali ejusdem Civitatis inter terras haeredum quondam Alexandri Ramsay ad occidentens terras Johannis Lyoun ad oriens terras venerabilis viri magistri David Petcarne ad boream et terras haeredum quondam David Nudry ad austrum . Necnon unius petiae terrae arabilis nuncupatae ly Claypottis et Cobbisland cum suis pertinentiis jacentis ex eadem parte occidentali dictae Civitatis inter terras capellanorum chori cathedralis ecclesiae Brechinensis ad occidentens viam quae ducit ad Dubtoun ad boream et viam quae tendit ad lie Hawich de Brechine ad austrum et terras haeredum quondam David Nudry ad oriens . Testibus discretis viris Willelmo Kynneir Alexandro Lyndesa Civitatis praefatae cive Thoma Meldrum Thoma Smart et Willelmo Howie sergeando dictae Civitatis cum

diversis aliis . Thoma Fyndlaisoune presbitro Dunkeldensis dice<sup>o</sup> auctoritate apostolica notario . 21 Julii 1528 .

Carta confirmationis decreti inter decanum canonicos et capitulum capellanosque collegii Brechinensis .

CXVII. **J**acobus Dei gratia rex Scotorum omnibus probis hominibus suis ad quos presentes litere peruenerint salutem sciatis nos decretum arbitrale latum per reuerendum in Christo patrem Johannem Brechinensem episcopum tanquam iudicem arbitratorem electum inter decanum canonicos et capitulum Brechinense ex una et dominos Patricium Tindale Gilbertum Williamsoun Thomam Ramsay et Willelmum Ramsay capellanos collegii Brechinensis . . . ex altera partibus . . . ad plenum intellexisse sub hac forma (ut antea No. CXIII.) Quodquidem decretum ac omnia et singula in eodem contenta in omnibus suis punctis et articulis . . . pro nobis et successoribus nostris . . . confirmamus . In cuius rei testimonium magnum sigillum nostrum presentibus apponi precepimus apud Edinburgh quarto die mensis Marcii anno Domini millesimo quingentesimo vicesimo octauo et regni nostri decimo sexto .

Instrumentum possessionis annui redditus xii. solidorum de terris vocatis Cappers land nunc heredibus Joannis Andree spectantibus .

CXVIII. **I**n Dei nomine Amen . . . cunctis pateat . . . quod anno Incarnationis Dominice millesimo quingentesimo trigesimo mensis vero Augusti die nono . . . personaliter constitutus venerabilis magister Daud Petkarne archidiaconus Brechinensis . . . accessit ad fundum cuiusdam tenementi per Johannem Cappar inhabitati vocati Cwreis landis jacentis ex orientali parte Ciuitatis Brechinensis inter terras Patricii Seres ab.

una et terras quondam Henrici Meldrum partibus ab altera et ibidem dictus Magister David unum annum redditum duodecim solidorum monete regni Scotie annuatim leuandum . . . de huiusmodi tenemento . . . in manibus honorabilis viri Georgii Fentoun unius balliuorum Ciuitatis Brechinensis in fauorem vicariorum capellanorum et choristarum chori ecclesie cathedralis Brechinensis et suorum successorum . . . resignauit . . . Qua resignatione sic facta . . . idem balliuus . . . saisinam . . . dicti anni redditus . . . discreto viro domino Jacobo Leslie communi procuratori dictorum vicariorum capellanorum et choristarum . . . tradidit . . . Acta erant hec . . . presentibus ibidem Willelmo Forbess David Balfour Thoma Meldrum Johanne Saidlar Johanne Newtoun et domino Willelmo Murray capellano ac notario publico cum diuersis aliis . . .

Et ego vero Jacobus Murray artium magister presbiter Brechinensis dio<sup>o</sup> sacra auctoritate apostolica notarius . . .

CXIX. **I**nstrumentum saisinae tenementi quondam Johannis Chepman alias Richertsoun olim civis Civitatis Brechinensis jacentis ex parte orientali ejusdem inter terras quondam Johannis Guthre ad austrum et terras haeredum quondam David Buthyrgask ad boream traditae per praefatum Georgium Fentoun ballivum antedictum Richardo Chepman legitimo haeredi dicti quondam Johannis sui patris coram his testibus honorabilibus et discretis viris Duncano Fethe de Cuykstoun dominis Jacobo Leslie Johanne Duncani Gilberto Roberti capellanis Johanne Matheris Henrico Herzeld sergeando cum diuersis aliis . Jacobo Murray artium magistro presbitro Brechinensis dice<sup>o</sup> sacra auctoritate apostolica notario . 5 Decembris 1531 .

CXX. **C**arta concessa per Johannem Cassye fratrem germanum olim Wilhelmi Cassye filii et haeredis quondam Johannis Cassye olim civis Civitatis Brechinensis venerabili et egregio viro magistro Willelmo Meldrum vicario Brechinensi haeredibus suis et assignatis tenementi sui cum horto jacentis infra Civitatem Brechinensem inter terras capellanorum chori Brechinensis ad orientem terras Johannis Broune ad occidentem et terras dictorum capellanorum ad austrum et communem viam regiam ad boream pro quadam certa summa pecuniae; tenendi de supremo domino nostro Rege in libero burgagio in feodo et haereditate imperpetuum . Reddendo dicto domino nostro Regi et suis successoribus servitium liberi burgagii in dicta Civitate debitum et consuetum . Data sub sigillo suo apud Civitatem Brechinensem vigesimo quinto die mensis Januarii anno Domini millesimo quingentesimo trigesimo primo coram his testibus videlicet venerabili viro Magistro David Meldrum archidiacono Dunkeldensi dominis David Broun Thoma Fyndlaisoun et Alexandro Liel capellanis Johanne Moncur Thoma Meldrum et Jacobo Kynneir laicis cum diversis aliis .

Instrumentum saisine in favorem Jacobi Spens capellani capellanie Sancti Joannis evangeliste .

CXXI. **I**n Dei nomine . Amen . . . cunctis pateat . . . quod anno Incarnationis Dominice millesimo quingentesimo tricesimo secundo mensis vero Decembris die septima . . . personaliter constituta proba mulier Cristina Jamesoun sponsa David Wedderburn senioris in curia tenta per honorabilem virum Jacobum Wedderburn unum balliuorum burgi de Dundee magnum prestitit juramentum corporale tactis sacrosanctis Dei evangeliiis quod inchoata consensit ad illam resignationem et infeoda-

tionem fiendam per dictum suum sponsum magistro Jacobo Spens capellano capellanie Sancti Johannis ewangeliste de quatuordecim solidis annui redditus monete Scotie de . . . tenemento ac terris dicti Daud anterioribus et posterioribus orto et cauda earundem cum pertinentiis jacentibus ex parte boreali vici Morauie dicti burgi inter [terram] Jacobi Dog ad oriens terram anteriorem dicti Daud et terras interiores Henrici Wedderburn ad occidens commune pratum dicti burgi ad boream et vicum predictum ad austrum partibus ab una et altera et quod contra . . . suum consensum . . . ad huiusmodi . . . non deueniret . . . sub penis infamie . . . Quo facto dicti Daud et Cristina . . . simpliciter resignarunt in manibus dicti balliui prefatum annum redditum . . . Qui balliuus dedit sasinam . . . prefati annui redditus . . . dicto magistro Jacobo Spens in verum . . . warrantum illius annui redditus pro feodifirma per dictum magistrum Jacobum et suos successores leuandi . . . extendentis ad quatuordecim solidos de toto et integro illo tenemento terre cum pertinentiis et orto eiusdem jacente ex parte orientali vici fontis dicti burgi inter terram dicti Daud ad boream et terram Johannis Jak ad austrum per prefatum magistrum Jacobum dicto Daud pro dicto annuo redditu assedato . . . Acta erant hec . . . presentibus prouidis viris Johanne Drummond Roberto Strathachyn Patricio Andersoun et Andrea Ranald sergeando cum aliis diuersis testibus . . .

Et ego Robertus Seres clericus Brechinensis dio<sup>c</sup> . . . auctoritatibus apostolica et regia notarius . . .

Extract of cognitioun furth of the shireff curt buikis of Forfar anent the commonty of Brechin.

CXXII. *Curia vicecomitatus de Forfar tenta apud communem moram de Brechyn per honorabiles viros Jacobum Gray et Dauid Andersoun vicecomites deputatos de Forfair coniunctim et diuisim vicesimo quinto die mensis Maij. anno Domini millesimo quingentesimo tricesimo quinto Sectis vocatis et curia legitime affirmata .*

In the quhilk court fornent the actione mater and causs persewit be ane reuerend fader in God Jhone bischop of Brechyn the dene cheptour and citenaris of the samyn be our souerane lordis lettres direct to my lord shireff of Forfar and his deuttis proportand in effect that quhair tha haf the mur of Brechyn with the pertinentis pertenyng to thaim in commonte and thar predicessoris and tha has bene in possessione tharof as commone passit memor of man quhill now laitly Wilzam Dempstar of Carraldstoune Janet Ouchterlowny his moder George Falconar hir spous Wilzam Merschell Dauid Duchir Dauid Walterstoune portionaris of the landis of Walterstoune Mathow Dempstair James Fentoune of Ogill has stoppit the said reuerend fader dene cheptour and citenaris of Brechyn in casting of petis turfis and fewall upone the said commone and to pow heddir tharupone and has rewyn out telit and sawyn ane part tharof and biggit housis upone ane uther part of the samyn tending to appropir thar said commone to thaim wrangously and to call bath the saidis parteis and tak cognitione in the said mater upone the grownd of the saidis landis as in our souerane lordis lettres direct to my lord shireff and his deuttis forsaid at mair lynth is contentit Be vertew of the quhilkis Dauid Lokky ane of the maris generall of the said shireffdome be the shireff principalis precept . . . chargit



and requyrit the said reuerend fader dene cheptour and citenaris of Brechyn followaris on that ane part and the saidis Wilzam Dempstair Janet Ochterlowny George Falconar Wilzam Merschell David Duchir David Walterstoune Matho Dempstair and James Fentoune of Ogill defendouris on that ane uther part to compeir befor my lord shireff forsaid or his deputtis ane or ma to this said court day tyme and place in the hour of causs to heir and se ane cognitione to be takyn in the said mater and justice equally ministerit to baith the saidis parteis efter the tenour of our souerane lordis lettres forsaid at the quhilk day and in the said court the said shireffis deputtis gert call the saidis parteis followaris and deffendouris to compeir befor thaim the saidis day and place to heir and se ane cognitione tane in the said mater as tha that war lauchfully summonit tharto bath the saidis parteis comperand personally thar richtis resonis allegationis beand proponit and schawyn togidder with the depositionis of diuerss famos witnes producit and admittit and sworn in presens of parteis forsaid and thar depositionis the said shireffis deputtis beand riply awisit tharwith fyndis and deliueris be cognitione takyng in the said causs that the said reuerend fader dene cheptour and citenaris of Brechyn and thar predicessouris has bene in paciabile possessioun of thar mur of Brechyn forsaid with thar pertinentis pertenyng to thaim in commonte in tyme bigane past memor of man bowndand in all the partis about as followis first beginnand at the gallowis of Kethik at the est fra that west to the murefald dyk and fra that murefald dyk to the boig dyk and fra the boig dyk extending west to the perk dik at the south extendand west to the south sid of Monboy the myr of Monboy tharatour and frathine extending west to the gallowis of Ferne and fra the gallowis of Ferne est at the north part to the Qualochty and frathine est to the gallowis of Kethik forsaid and inneuth the bowndis befor expremit the haille mur to be commonte to

the said reuerend fader dene cheptour and citenaris of Brechyn and anent certane landis and housis that ar callit Toddiss housis and landis lyand within the bowndis betuix the gallowis of Ferne and the gallowis of Kethik pertenying to James Fentoune of Ogill pertenying to the landis of Ferne quhilkis has bene occupeit thir twenty yeris bigane without impediment of Brechyn bot brukit thain paciably as it is clerly prowit befor the said shireffis deputtis tharfor the said shireffis deputtis exceppis that landis and housis in this thar proces nocht hurtand the properte of the superior nor yet the commonte of the sammyn landis and occupearis tharof bot Brechyn to haf commonte our all the mur and the saidis reuerend fader dene cheptour and citenaris of Brechyn suld be kepit and deffendit in siklik possessione of the said mur as said is in tyme cumyng ay and quhill thai be lauchfully callit and orderly put tharfra and als fyndis becauss the said mur is fundyn that it has bene usit and haldyn as commone in tyme bigane past memor of man tharfor the said shireff suld causse it to be haldyn commone siklik in tyme cumyng according to justice efter the tenour . . . of our souerane lordis lettres forsaidis and dome gevyn herupon and preceptis decernit herupon according to justice .

Extractum de libro actorum curie vicecomitis de Forfair per me Robertum Seres scribam pro tempore ac notarium publicum sub meis signeto et subscriptione manualibus .

R. S.

The sheriffs precept.

CXXIII. **P**atrik lord Gray shireff of Forfair till Alexander Mudy Patrik Montago Daud Lokky and Alexander Scot maris generaly constitut greting Forsamekle as in the shireff court haldyn be James Gray and Daud Andersone shireffis deputtis of Forfair upone the commone mur of

Brechyn the xxv day of Maij in the zeir of God M v<sup>c</sup> and xxxv zeris it is fundyn and deliuerit be the saidis shireffis deputtis in forme of cognitione efter the charges and command of our souerane lordis lettres direct to me and my deputtis tharupoun that ane reuerend fader in God Jhone bischop of Brechyn dene cheptour and citenaris of Brechyn has bene in paciabile possessioun of thar mur of Brechyn with the pertinentis pertenyng to thaim in commonte in tymes bigane past memor of man bowndit in all partis as followis (ut antea No. CXXII) and that tha suld be kepit and deffendit in siklik possessione of the said mur in tyme cumyng ay and quhill tha be lauchfully callit and ordourly put tharfra . . . Quharfor I chargis zow . . . that ze or ony ane of zow . . . caus the said reuerend fader dene cheptour and citenaris of Brechyn to be paciably obeyit of thar said commone mur efter the tenour of the said decret . . . in all poyntis . . . and this on na wiss ze leiff undone under all pane and chargis . . . the quhilkis to do I commyt to zow . . . my full power be thir lettres deliuering thame be zow dewly execut and indorsat again to the berar gevyn under the seill of office at Dundee the xxvii day of Maij in the zeir of God M v<sup>c</sup> and xxxv zeris.

Mortificatio domini Jacobi Lesly capellani .

CXXIV. **O**mnibus hanc cartam visuris uel audituris dominus Jacobus Leslie capellanus capellanie wlgariter nuncupate Berelay Stall infra ecclesiam et chorum cathedralem Brechinensem fundate salutem . . . Noueritis me . . . dedisse . . . Deo omnipotenti sancteque indiuidue Trinitati beatissime virgini Marie et omnibus sanctis . . . ac capellanis canonicorum et perpetuis capellanis chori predicti inibi diuina celebrantibus . . . pro salubri et prospero statu excellentissimi et serenissimi

principis et domini nostri metuendissimi . . . Jacobi quinti . . . Scotorum regis illustrissimi antecessorum et successorum suorum necnon pro salute animarum quondam Normanni Leslie patris mei Elizabeth Ross matris mee ciuium Brechinensium pro salute anime et corporis mei domini Jacobi Leslie pro salute anime quondam domini Patricii Leslie fratris mei necnon pro salute antecessorum et successorum amicorum benefactorum nostrorum et omnium fidelium defunctorum ipsorum etiam animarum quibus deliqui et emendam condignam non feci unum annuum redditum tredecim solidorum et quatuor denariorum usualis monete Scotie tempore solutionis currentis . . . leuandum . . . de toto et integro tenemento meo jacente infra dictam Ciuitatem Brechinensem ex parte occidentali eiusdem inter terras heredum quondam Johannis Thouless ad oriens terras Johannis Sewan ad austrum terras Thome Sand ad occidens et communem venellam que ducit ad Doubtoun ad boream et de una acra terre arabilis eidem tenemento ex antiquo adiacente ex dicta occidentali parte dicte Ciuitatis inter terras heredum quondam Thome Tod ad occidens terras wlgariter nuncupatas mare acris ad boream terras heredum quondam Alexandri Ramsay ad oriens et communem viam que ducit ad Doubtoun ad austrum cum pertinentiis Tenendum . . . dictum annuum redditum . . . dictis capellanis et suis successoribus . . . a me heredibus meis quibuscunque in puram et perpetuam elimosinam . . . Faciendo inde annuatim imperpetuum dicti capellani et sui successores die decimo sexto mensis Decembris pro animabus supradictis unum anniuersarium cum placebo et dirige missam solennem in crastino ad altare diui Andree apostoli infra dictam ecclesiam psallendo campanis pulsatis in ecclesia et parua campana per vicos Ciuitatis predictae cum duabus candelis super epitaphium dicti Normanni Et casu quo quod absit dicti capellani vicarii et choriste et sui successores deficiant in predictis suffragiis . . . tunc et eo casu volo

quod si ipsi fuerint conuicti uel sit ita notorium quod nulla tergiuersatione poterit celari quod ipsi defecerint ut supra quod dictus annuus redditus . . . reuertatur mihi et heredibus meis sine strepitu judiciali . . . In cuius rei testimonium huic presenti carte mee sigillum meum proprium est appensum unacum subscriptione mea manuali apud Ciuitatem Brechinensem die xxvi<sup>to</sup> mensis Martii anno Domini millesimo quingentesimo trigesimo septimo dominis Daud Broun Willelmo Ferne magistro Jacobo Murray capellanis Thoma Kay Roberto Willsoun Malcolm Jaksoun et Jacobo Baxter testibus cum diuersis aliis ciuibus Brechinensibus .

Dns. Ja<sup>bus</sup>. Lesly manu propria .

Ane Resignatione of the tua annuellis ane 4 merks and ane merk furth of John Leith and George Wrychts tenement and the zeard at the west port to Richard Chepman and Grissell Ramsay .

CXXV. **I**n Dei nomine . Amen . . . cunctis pateat . . . quod anno Incarnationis Dominice millesimo quingentesimo trigesimo septimo mensis vero Maij die vigesimo secundo . . . personaliter constitutus honorabilis vir Richardus Chepman ciuis Ciuitatis Brechinensis . . . unum annum redditum quatuor mercarum monete Scotie . . . de terris vulgariter vocatis Cutlaris landis jacentibus in Ciuitate Brechinensi inter terras capellanorum altaris omnium sanctorum ad occidentem ye tolbut comoune bakhous terras Johannis Swanne et domini Jacobi Leisle capellani ad orientem et communem venellam videlicet ly ovir vynd ad boream et ly commoune streit ad ecclesiam cathedralem ad austrum extendentibus necnon unum annum redditum unius merce monete predictae . . . horti vulgariter vocati Ville Quhittis zard jacentis ad occidentem partem dicte Ciuitatis inter terras hortorum capellanorum col-

legii Brechinensis ad orientem et terras de hauch de Brechinen. ad austrum occidentem et boream in manibus honorabilis viri Andree Thane unius balliuorum dicte Ciuitatis . . . resignauit . . . in fauorem Gresilidis Ramsay tunc virginis propter causam matrimonii inter ipsum Richardum et dictam Gresiliden . . . contrahendi . . . ut . . . ballius antedictus . . . huiusmodi summam quinque mercarum . . . ipsi Richardo et dicte Gresilidi in coniuncta infeodatione et heredibus eorum legittime procreandis quibus vero deficientibus heredibus dicte Gresilidis quibuscunque daret . . . Acta erant hec in camera venerabilis viri magistri Daudis Petcarne archidiaconi Brechinensis . . . presentibus ibidem dicto magistro Dauide Petcarne magistro Jacobo Petcarne et domino Thoma Abercrommy capellano . . .

Et ego Andreas Finlaius presbiter Sanctiandree dio<sup>o</sup> sacra auctoritate apostolica notarius publicus . . .

CXXVI. **A**ne sasing of the annuellis of 4 merkis and ane merk furth of George Wrycht and John Leitch tenement and of Quhytis zeard at the west port to Richard Chepman and Grissell Ramsay his spous . 23 May 1537 .

Obitus magistri Henrici Quhit decani Brechinensis .

CXXVII. **O**mnibus hanc cartam visuris . . . Johannes . . . Brechinensis episcopus salutem . . . Sciatis nos cum consensu . . . capituli nostri dedisse . . . vicariis capellanis choristis chori ecclesie cathedralis Brechinensis et eorum successoribus unum annum redditum viginti duorum solidorum monete Scotie . . . leuandum . . . de toto et integro illo tenemento jacente infra Ciuitatem nostram Brechinensem predictam ex parte occidentali

eiusdem inter terras siue tenementum quondam magistri Willelmi Mel-  
drum vicarii Brechinensis ad boream terras siue tenementum quondam  
magistri Patricii Carnegy ad austrum communem viam regiam Brechin-  
ensem ad oriens et torrentem ecclesie Brechinensis ad occidentes et de una  
petia terre arabilis cum pertinentiis jacente ex parte australi dicte nostre  
Ciuitatis inter terras quondam magistri Patricii Carnegy ad oriens terras  
capellanorum chori Brechinensis ad occidentes terras heredum quondam  
Alexandri Ramsay ad boream et commune ly kyrkdene ad austrum  
dicto tenemento ex antiquo adjacente. Quiquidem annuus redditus . . .  
fuit domini Willelmi Murray capellani et eundem . . . idem dominus  
Willelmus . . . pro certa summa pecunie sibi per venerabilem virum  
magistrum Henricum Quhit decanum Brechinensem persoluta in manibus  
nostris simpliciter resignauit . Tenendum . . . de . . . episcopis Brechin-  
ensibus in feodo et hereditate imperpetuum . . . Reddendo faciendo  
et celebrando annuatim sepefati vicarii capellani et choriste . . . et sui  
successores pro salute anime dicti magistri Henrici et animabus om-  
nium fidelium defunctorum unum anniuersarium annuatim videlicet pla-  
cebo cum dirige et missam de requiem cum nota solenni in die dominico  
post festum [omnium sanc]torum proxime vacante apud altare Sancte  
Katherine infra ecclesiam cathedralem Brechinensem . Necnon soluent  
annuatim duos solidos monete predictae pro pulsura magnarum et parua-  
rum campanarum et [prestant] cerea luminaria ut decet tempore cele-  
brationis exequiarum dicti anniuersarii . Cum restrictione siqui capel-  
lani sint absentes a dirige uel missa quod pro illa vice nihil habebunt  
quamuis interesse vellent per substitutum sed presentes participabunt  
summam inter omnes communiter . Ulterius volumus quod predicti  
vicarii capellani et choriste obseruant dictum anniuersarium et compel-  
lantur per nos decanum et capitulum Brechinense pro tempore existente  
sub pena amissionis et perditionis dicti annui redditus ad voluntates

nostras in alios pios usus pauperum distribuendi . . . In cuius rei testimonium huic presenti carte nostre manu nostra subscripte sigillum nostrum rotundum est appensum unacum sigillo capituli nostri in signum eorum consensus apud Ciuitatem Brechinensem die mensis Junii anno Domini millesimo quingentesimo quadragesimo primo et nostre consecrationis anno decimo octauo coram his testibus .

Jo. ēps Brechinen .

M. Jacobus Scrymger precentor .

Alexander Turyng cancellarius Brechinensis .

Dauid Pitcarn archidiaconus Brechinensis .

Robertus Steill subdecanus Brechinensis manu propria .

Jacobus Arott thesaurarius Brechinensis .

Johannes Cokburne rector de Kilmoir .

Johannes Meldrum rector de Burtergyll .

Dauid Lyndesay prebendarius de Fynevin .

CXXVIII. **I**nstrumentum saisinae ejusdem annui redditus super praecepto dato decimo quarto die mensis Maii anni suprascripti per dictum Johannem episcopum Brechinensem . Ballivis in praecepto nominatis Andrea Thain et Willelmo Kynneir ballivis Civitatis Brechinensis . Saisina tradita per dictum Andream Thain Willelmo Broun capellano ac communi procuratori praedictorum capellanorum chori Brechinensis coram his testibus Johanne Auchinlec sergiando Willelmo Ramsay Waltero Leslie David Broun civibus Brechinensibus Johanne Kynneir de eodem dominis David Robertsoun et Waltero Ferne capellanis cum diversis aliis . Jacobo Robertsoun presbitro Brechinensis dioe<sup>e</sup> sacraque auctoritate apostolica notario . 15 Junii 1541 .



CXXIX. Carta feodifirmae concessa per David Broun et Thomam Fynlasoun capellanos altaris omnium sanctorum infra ecclesiam cathedralem Brechinensem per quondam bonae memoriae magistrum Wilhelmum Meldrum archidiaconum Dunkeldensem ac vicarium Brechinensem fundati cum expressis consensu et assensu honorabilis viri magistri Thomae Meldrum de Segy patroni dictarum capellaniarum Johanni Lyddel civi Civitatis Brechinensis et Elizabeth Wemys ejus conjugii et eorum alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione et haeredibus inter ipsos legitime procreatis seu procreandis quibus forte deficientibus haeredibus dicti Johannis quibuscunque illius petiae terrae arabilis praedictis capellaniis annexatae jacentis ex parte orientali dictae Civitatis Brechinensis inter terras Roberti Buchquhan ad orientem horreum Thomae Ricardi et terras dictorum capellanorum vocatas Scallis aiker ad boream et terras eorundem ad austrum ac ortos de Brechin ad occidentem; tenendae de capellanis dicti altaris in feodifirma et haereditate imperpetuum. Reddendo inde annuatim capellanis dicti altaris summam tresdecim solidorum et quatuor denariorum monetae Scotiae tanquam firmam prius solui solitam pro eadem unacum summa triginta duorum denariorum monetae predictae in augmentationem praesentis infeodationis annuatim. Data sub sigillis suis unacum sigillo et subscriptione manuali dicti magistri Thomae Meldrum de Segy apud Civitatem Brechinensem die quarto mensis Maii anno Domini millesimo quingentesimo quadragesimo septimo coram his testibus Johanne Smytht Waltero Inness Alexandro Cullace dominis Andrea Finlasoun et Ricardo Finlasoun capellanis cum diversis aliis.

Instrumentum de recusatione Episcopi Brechinensis mag<sup>m</sup> Georgium Hepburn in cancellariam eiusdem per collationem ordinariam accipere .

CXXX. **I**n Dei nomine . . . cunctis pateat . . . quod anno Incarnationis Dominice millesimo quingentesimo quadragesimo octauo mensis vero Octobris die decimo sexto . . . Personaliter constitutus honorabilis vir dominus Patricius Hepburn de Wauchthoun miles procurator et eo nomine magistri Georgii Hepburn rectoris de Haucht ac filii sui naturalis . . . ad personalem presentiam reuerendi in Christo patris Johannis . . . Brechinensis episcopi accessit Et sibi reuerendo patri antedicto presentationem supreme Domine nostre Regine ad cancellariam de Brechin infra diocesan eiusdem vacantem per decessum quondam magistri Alexandri Turyng ultimi cancellarii et possessoris eiusdem concessam . . . dicto magistro Georgio Hepburn cum . . . auisamento nostri gubernatoris Jacobi Arranie comitis domini Hammyltoun sub sigillo secreto . . . de data apud Leuinstoun undecimo die mensis Octobris anno Domini m. v<sup>c</sup> xl octauo presentauit et collationem ordinariam dicti reuerendi patris desuper dicto magistro Georgio Hepburn petiit Quiquidem dictus reuerendus pater pro suo responso dixit se fecisse quicquid ordinarius penes huiusmodi beneficium cancellarie facere debuisset Ideo dicto domino Patricio Hepburn procuratorio nomine quo supra collationem suam ordinariam super dicta presentatione sibi presentata omnino recusauit Propterea dictus dominus Patricius procurator nomine quo supra protestatus est pro remedio juris loco et tempore oportunis Super quibus omnibus sepefatus dominus Patricius Hepburn de Vauchoun miles procuratorio nomine quo supra a me notario publico subscripto sibi fieri petiit instrumentum unum seu plura publicum ve publica instrumenta Acta erant hec in camera dicti reuer-

endi patris . . . presentibus ibidem venerabilibus et discretis viris videlicet magistro Johanne Cokburn rectore de Kylmor magistro Alexandro Vite capellano et Henrico Congiltoun testibus ad premissa . . .

Et ego vero Richardus Capper presbiter Brechinensis dioceseos sacrosancte sedis apostolice aut<sup>te</sup> no<sup>rius</sup> pub<sup>cus</sup> . . .

Instrumentum saisine in fauorem magistri Thome Meldrum de Segy .

CXXXI. **I**n Dei nomine Amen . . . cunctis pateat . . . quod anno incarnationis Dominice millesimo quingentesimo quadragesimo octauo mensis vero Januarii die decimo . . . personaliter constitutus honorabilis vir magister Georgius Meldrum attornatus magistri Thome Meldrum de Segy . . . tenens in manibus suis quoddam preceptum supreme Domine nostre Regine formam precepti saisine in se continens . . . sigillo vulgo vocato ye quarter seill . . . sigillatum . . . quod honesto viro Andree Hendersoun uni vicecomitum de Forfar in hac parte in eodem precepto principaliter nominato . . . reuerenter exhibuit et presentauit Quodquidem preceptum prefatus vicecomes . . . michi notario publico . . . tradidit perlegendum Cuius tenor sequitur . . . Maria Dei gratia Regina Scottorum vicecomiti et balliuis suis de Forfar necnon dilectis nostris Andree Henrisoun Alexandro Dwms Johanni Dougall . . . vicecomitibus nostris de Forfar . . . Salutem . Sciatis quod precipimus per alias literas nostras reuerendo in Christo patri episcopo Brechinensi et balliuis suis quod iuste et sine dilatione haberi faciant dilecto nostro magistro Thome Meldrum de Segy . . . saisinam de totis et integris terris tenementis ortis horreis acris terrarum ly crofts et annuis redditibus cum pertinentiis subscriptis videlicet de . . . uno tenemento cum orto horreo eiusdem vocato Buttirgask land jacente ex parte orientali Ciuitatis Brechinensis inter terras Ricardi Schapman ad austrum terras

Sancti Jacobi ad boream terras ipsius quondam magistri Willelmi Meldrum ad orientem et communem viam nostram ad occidentem unacum quadam pecia terre arrabilis eidem tenemento ex antiquo adiacente et spectante jacente infra limites acrarum supradicte Ciuitatis inter terras altaris Sancti Nuniani ad occidentem terras Willelmi Ricardi ad boream terras quondam Henrici Meldrum ad orientem et commune antrum ad austrum ac de alio . . . tenemento cum pertinentiis vocato Craigis land jacente in Ciuitate Brechinensi ex parte orientali eiusdem inter terras magistri Walteri Skall capellani ex parte orientali terras Johannis Stirueling ex parte australi communem viam nostram ex parte occidentali terras Johannis Cure ex parte boreali cum orto horreo dicto tenemento pertinentibus et de quadam pecia terre arrabilis dicto orto et horreo pertinente ex eadem parte dicte Ciuitatis jacente inter terras prefati magistri Walteri Skall ex parte orientali terras Willelmi Michelsoun ex parte occidentali terras Daud Baxstar ex parte boreali terras Johannis Baxstar ex parte australi ac de alio tenemento cum una acra terre arrabilis eidem tenemento pertinente cum pertinentiis vocato Skallis land jacente ex parte orientali Ciuitatis Brechinensis inter terras dicti magistri Willelmi Meldrum ad austrum et orientem et terras heredum quondam Johannis Thoulas ad boream et communem viam nostram ad occidentem et [de] dicta acra terre arrabilis cum suis pertinentiis jacente ex parte orientali eiusdem Ciuitatis . . . inter terras Roberti Buchan ad austrum terras magistri Ricardi Hornar ad orientem et communem viam nostram et contigue ad ly bak zardis dicte Ciuitatis ad occidentem necnon de uno alio tenemento cum pertinentiis vocato Cokburnis land jacente in dicta Ciuitate Brechinensi ex parte occidentali communis vici nostri eiusdem inter terras Willelmi Reyd ex parte boreali terras heredum quondam Daud Baxstar ex parte australi unacum crofta terre arrabilis cum pertinentiis eidem tenemento ex

antiquo pertinente et de tenemento cum orto horreo et pertinentiis nuncupato Thoulas land alias Dempstaris jacente ex parte australi Brechinen. inter terras de haucht de Brechinen. ad occidentem acram terre arrabilis nuncupatam Cokburnnis akir ad austrum paruum molen-  
dinum Brechinense ad boream et communem viam nostram descenden-  
tem ad mykle mylne de Brechin ad orientem necnon de terris et tene-  
mentis nuncupatis Baxstaris landis cum quadam acra terre arrabilis  
eisdem spectante cum pertinentiis jacentibus ex parte orientali dicte  
Ciuitatis inter terras Georgii Fentoun ad austrum terras capellani de  
Calden ad boream acram terre arrabilis capellanorum Brechinensium ad  
orientem et communem viam nostram ad occidentem necnon de quodam  
tenemento cum orto et horreo cum pertinentiis nuncupato Alesonis land  
jacente ex orientali parte Ciuitatis Brechinensis inter terras Sancti  
Jacobi ad austrum terras nuncupatas Skallis landis ad boream acram  
terre arrabilis dicti magistri Willelmi Meldrum ad orientem communem  
viam nostram ad occidentem et de quadraginta solidis annui redditus de  
terrīs nuncupatis Skallis land jacentibus inter terras nuncupatas Alesonis  
landis ad austrum terras nuncupatas Thoulas landis ad boream quandam  
acram terre arrabilis magistri Willelmi Meldrum ad orientem et com-  
munem viam nostram ad occidentem . . . Vobis precipimus . . . qua-  
tenus eidem magistro Thome . . . saisinam predictarum terrarum  
tenementorum et annui redditus cum ortis horreis antedictis et suis  
pertinentiis iuste haberi faciatis . . . Datum sub testimonio nostri  
magni sigilli apud Edinburght quarto die mensis Januarii anno domini  
millesimo quingentesimo quadragesimo octauo et regni nostri septimo  
Post cuiusquidem precepti . . . publicationem prefatus magister Georgi-  
us Meldrum attornatus magistri Thome Meldrum de Segy eius patris  
eundem Andream Henrisoun vicecomitem de Forfar . . . requisiiuit qua-  
tenus ad . . . executionem huiusmodi precepti procederet . . . et . . .  
predictus vicecomes de Forfar . . . eundem magistrum Georgium attor-

natum magistri Thome in possessionem realem . . . tenementorum ortorum horreorum acrarum arrabilium et annuorum reddituum prescriptorum . . . induxit . . . Acta erant hec . . . presentibus ibidem honestis viris Johanne Moreiss incola Ciuitatis Brechinensis Johanne Baxstar armigero Willelmo Wichttoun eiusdem Ciuitatis incola Roberto Gudfallow Willelmo Kynneir filio quondam Willelmi Kynneir incole Brechinensis cum diuersis aliis testibus . . .

Et ego Archiebaldus Stuart clericus Sanctiandree dio<sup>e</sup> publicus sacra auctoritate apostolica notarius . . .

CXXXII. **I**nstrumentum quo praefatus magister Thomas Meldrum de Segy resignat in manibus Jacobi Araniae comitis domini Hammiltoun tutoris Scotorum Reginae ac gubernatoris ejusdem regni suprascriptas terras tenementa ortos horrea acras terrarum et annuos redditus in favorem perdilecti filii sui antedicti magistri Georgii Meldrum ; reservato, tamen, usufructu eorundem dicto magistro Thomae Meldrum pro tempore vitae suae . Procuratore nominato Nigello Layng . Instrumento facto sub suo sigillo armorum et subscriptione manuali coram his testibus magistro Willelmo Meldrum Andrea Hendrisoune Joanne Vydhall Alexandro Dunse cum diversis aliis . 13 Maii 1549 .

Carta feodifirme concessa per vicarios capellanos et choristas chori Brechinensis Johanni Thomsoun et eius sponse .

CXXXIII. **O**mnibus . . . vicarii capellani et choriste chori ecclesie cathedralis Brechinensis Salutem . . . Noueritis nos unanimi consensu . . . ad infrascripta capitulariter congregatos . . . pro expositione summe quadraginta librarum fienda super reparatione et melioratione tenementi nostri infrascripti infra duos annos . . . necnon . . . redditus nostri

perpetua augmentatione quatuor solidorum et quatuor denariorum annuatim ultra . . . antiquam firmam . . . arrendasse et ad feudifirmam . . . dimisisse . . . Johanni Thomsoun et Agneti Wilsoun eius sponse ciuibus Brechinensibus in coniuncta infeodatione et heredibus inter ipsos legitime procreatis seu procreandis . . . nostrum anterius tene-mentum tegulis coopertum jacens super Meilhill infra ciuitatem Brechinensem ex parte occidentali eiusdem inter terras Willelmi Fethe ad boream terras heredum magistri Antonii Ogilvy ad austrum terras heredum Willelmi Ramsay ad occidens et communem viam regiam ad oriens . . . cum suis pertinentiis . . . Tenendum . . . in pura et libera feudifirma . . . imperpetuum . . . Reddendo . . . summam octo mercarum et decem solidorum . . . monete . . . Scotie . . . cum duplicatione dicte feudifirme . . . in primo introitu . . . cuiuslibet heredis . . . Acetiam nos vicarios etc. personas et terras nostras ac christianam et orthodoxam fidem fideliter pro posse manutenere et defendere tenerentur . . . In cuius rei testimonium huic presenti carte nostre sigillum nostrum commune est appensum unacum subscriptionibus nostris manualibus apud domum capitularem Brechinensem die mensis            anno Domini millesimo quingentesimo quadragesimo nono presentibus ibidem venerabilibus et prouidis viris &c. .

Thomas Fethe manu propria .

Georgius Wilsowne manu propria .

Alex<sup>r</sup>. Mores manu sua .

Jacob<sup>9</sup> Montht manu propria .

Andreas Finlayson manu propria .

Robt<sup>9</sup> Martyne sub manu sua .

Johannes Villmi manu propria .

Richardus Finlaisoun manu propria .

Jacobus Scharp manu sua .

Unio duarum capellaniarum fundatarum per dominum Robertum de Erskyn militem .

CXXXIV. **U**niuersis et singulis sancte matris ecclesie filiis . . . Joannes . . . episcopus Brechinensis Salutem . . . Noueritis nos cum consensu . . . capituli nostri . . . ad instantiam nobilis et potentis domini Joannis domini de Erskyn patroni duarum capellaniarum in ecclesia cathedrali Brechinensi fundatarum proque ipsius statu et felici successione . Necnon pro anima sua ac anima quondam nobilis etiam domini Roberti de Erskyn militis progenitoris ipsius Joannis moderni ac fundatorum ipsarum duarum capellaniarum predictarum ad altare beate Marie virginis in ipsa ecclesia cathedrali Brechinensi fundatarum necnon pro animabus omnium suorum progenitorum et successorum parentum et amicorum in augmentationem diuini cultus et honorem Dei omnipotentis et gloriosissime virginis Marie . . . duas illas capellanas fundatas ut predicatur . . . duobus capellanis celebraturis diuina ad dictum altare . . . cum consensu ipsius . . . domini de Erskyn moderni et discretorum virorum dominorum Nicolai Thomsoune et Joannis Williamsoune capellanorum de presenti ipsarum duarum capellaniarum . . . ac aliorum interesse habentium . . . in unam capellaniam uniuisse et erexisse . . . prius habito super hoc diligenti tractatu . . . ex quo . . . intelleximus quod fructus redditus et prouentus dicti altaris . . . non sunt sufficientes . . . ad sustentandum duos capellanos ad ipsum altare seruituros nostra hac tempestate, utpote quorum annuus valor ad decem libras striuilinorum tantummodo sese extendit, unde euenit ut cum ex ipsa primeua fundatione ipsarum duarum capellaniarum requiratur personalis residentia utriusque capellani ad inseruiendum diuino cultui ad dictum altare, quod ipsi capellani ex prefato annuo reddito commode sustentari non poterant Imo ex caritate annone sepissime post ipsam fundationem



eueniente uniuersi fructus ipsius capellanie ad unius capellani honestam sustentationem vix sufficerent . Et inde ipsa fundatio propemodum . . . in nihilum redacta fuerit non inuentis ydoneis personis que possint ex ipsis fructibus sustentari vel commodam residentiam facere apud dictum altare Et ita pia mens fundatoris nisi oportuno subueniretur remedio penitus frustrari tractu temporis videretur . . . Hiis ergo de causis et aliis . . . animos nostros ad id mouentibus dictos integros fructus uni capellano perpetuis futuris temporibus assignandos et uniendos censuimus, . . . volentes quod sit in futurum unus duntaxat capellanus ad dictum altare beate virginis diuino seruitio vacans, ad orandum secundum tenorem foundationis (No. 14) . . . Quiquidem capellanus habebit totam illam partem baronie de Dundee tam intra burgum quam extra tam in annuo reddito quam in terra concessam dicto nobili quondam domino Roberto de Erskyn militi et heredibus suis et assignatis . . . ad mortuam manum per illustrissimum . . . Dauidem Dei gratia quondam Scotorum regem sicut patet per eius cartam (No. 12) . . . In quorum omnium et singulorum . . . testimonium sigillum armorum prefati nobilis domini Joannis domini de Erskyn in signum sui consensus . . . necnon sigillum nostrum et sigillum capituli nostri presentibus sunt appensa unacum subscriptionibus manualibus nostris et dicti Joannis domini de Erskyn patroni ac subscriptionibus ipsorum dominorum Nicolai Thomsoune et Joannis Villiamsoune capellanorum apud ciuitatem et castrum Brechinense et Farnwell diebus xviii et vigesimo septimo mensis Junii respectiue anno domini millesimo quingentesimo quinquagesimo sexto coram his testibus videlicet xviii Junii honorabilibus viris respectiue Joanne Cwynnynghame de Drumquhassyll Georgio Freland Allexandro Erskyne et domino Andrea Hogy capellano et notario publico et successiue coram Henrico Hepburne Jacobo Lamb et domino Joanne Farrar capellano et denuo dicto xxvii die Junii coram discretis

viris dominis Richardo et Andrea Fyndlaysonis Jacobo Scharp Allexandro Moriss Daud Meldrum Georgio Vilsone et Joanne Thine capellanis choristis ecclesie cathedralis Brechinensis cum diuersis aliis .

Joannes dns. de Erskyn . Jo. episcopus Brechinensis .  
 V<sup>9</sup> decanus Brechinensis .  
 Joannes Hepburn thesaurarius Brechinensis .  
 Jo. Cokburne rectour de Kilmoir .  
 Daud Lyndesay de Fynevyn .  
 M. Thomas Skrymgour precentor Brechinensis manu sua .  
 Jacobus archedecanus Brechinensis .  
 R. Erskin prebendarius de Glenberwy .  
 T. Abercrumie rector de Buttergill .  
 Dns. Johannes Vilzemsone capellanus pro meo consensu .  
 Dns. Nicolaus Thomsone manu sua .

Ane precept of Sesin geuin be the larde of Strakintene to infest his wyiff according to the contract.

CXXXV. Andreas Wentoun de Stradichty martin dilectis meis Jacobo Scrimgeour de Balbuchlye et eorum cuilibet coniunctim et diuisim balliuis meis in hac parte specialiter constitutis Salutem Quia in perimpletionem partis cuiusdam contractus inter honorabilem virum Johannem Scrimgeour constabularium de Dundee et Elesabetht Scrimgeour eius filiam ab una et me ab altera partibus nati et confecti penes contractum matrimonii inter me et dictam Elesabetht in facie ecclesie solemnisandi et in donationem propter nuptias dedi et concessi prefate Elesabetht mee sponse future in sua pura virginitate totam et integram

meam dimidietatem omnium et singularum terrarum de ly Kirkton de Stradichty martyn cum pertinentiis jacentium in baronia de Reskoby regalitate Sanctiandree et infra vicecomitatum de Forfair in vitali reddito pro omnibus diebus ipsius Elesabetht vite tenendam de me et heredibus meis et assignatis unum denarium monete Scotie in festo penthecostes super solo earundem nomine albe firme si petatur tantum annuatim inde reddendo prout in carta mea sibi desuper conficienda plenius continebitur Vobis igitur precipio et mando quatenus visis presentibus indilate statum saisinam ac possessionem . . . predicte mee dimidietatis omnium et singularum dictarum terrarum de ly Kirkton de Stradichty martin cum pertinentiis prefate Elesabetht in vitali reddito . . . secundum tenorem . . . dicte carte quam inde habebit juste deliberetis . . . In cuius rei testimonium presentibus m[anu] mea subscriptis sigillum meum proprium est affixum apud Dudope vigesimo octavo die mensis Maii anno domini millesimo quingentesimo quinquagesimo nono coram his testibus Johanne Cumeng de Cowty Patricio Gardin de eodem Jacobo Scrimg[eour] de Balbuchly Patricio Gray de Bellegernocht Harbarto Gledstanis domino David Lund et magistro Georgio Scott notariis publicis cum diuersis aliis .

Andrew Wentōn of Strykmarten w<sup>t</sup> my hand.

Carta Alexandri Episcopi Comiti Ergadiensi concessa .

CXXXVI. **O**mnibus hanc cartam visuris vel auditoris Alexander miseratione diuina episcopus Brechinensis etc. salutem in omnium saluatore quum ex vtriusque iuris sanctione et serenissimorum Scotie principum statutis in reipublice et regni commodum editis cautum existit et terras et possessiones tam ecclesiasticorum quam secularium eiusdem in emphiteosim seu feudifirmam assedandas et locandas fore quo per prudentum virorum

curam sedulitatem et laborem colantur meliorentur et ad vberio-  
rem fertilitatis cultum producantur . Noueritis igitur nos cum expressis con-  
sensu et assensu capituli ecclesie nostre cathedralis Brechinensis dili-  
gentibus tractatibus et maturis deliberationibus prehabitis in nostram  
evidentem vtilitatem et annuam augmentationem rentalis eiusdem  
neonon pro diuersis pecuniarum summis auxiliis et benemeritis nobis  
per nobilem et prepotentem dominum Archibaldum Ergadie comitem  
. . . integre persolutis et multipliciter impensis de quibus ipsum ex-  
oneramus tenore presentis carte nostre imperpetuum dedisse . . . et ad  
feudifirmam seu emphiteosim hereditarie dimisisse . . . predicto nobili  
domino Archibaldo Ergadie comiti . . . suisque heredibus masculis et  
assignatis quibuscunque omnes et singulas terras nostras subscriptas cum  
molendinis piscariis fortaliciis et pertinentiis earundem respectiue exten-  
dentes annuatim nostro in rentali ad summas firmarum victualium et  
deuoriarum particulariter subsequentes videlicet totas et integras terras  
nostras dominicales vulgo lie manis de Farnwell cum turre fortalicio  
manerie molendino lie outsettis partibus pendiculis et pertinentiis  
earundem vna cum acris terrarum jacentibus apud ecclesiam de Farnwell  
extendentibus ad quatuor acras terrarum aut circiter nunc per Johannem  
Hwtoun filium magistri Johannis Hwtoun occupatas extendentes an-  
nuatim nostro in rentali ad summam quinquaginta sex mercarum monete  
et duodecim capones totas et integras terras nostras et villam de Croft-  
heydis contigue adiacentes terris dominicalibus predictis cum suis parti-  
bus pendiculis et pertinentiis extendentes annuatim nostro in rentali ad  
summam quinque librarum monete et duas duodenas pultrearum totas  
et integras terras nostras de Marytoun cum acris earundem et salmonum  
piscaria in aqua de Southesk extendentes annuatim nostro in rentali ad  
septem celdras victualium scilicet nouem bollas tritici quinquaginta  
vnam bollas et dimidiam bollam ordeï quinquaginta vnam bollas et di-

midiam bollam farine auenatice necnon ad octodecim solidos monete sex duodenas pultrearum et duas barrellas salmonum totas et integras terras nostras de Esauxtoun cum partibus pendiculis et pertinentiis extendentes annuatim nostro in rentali ad summam quatuor librarum tredecim solidorum et quatuor denariorum monete duodecim bOLLAS ordei duodecim bOLLAS farine auenatice et triginta quatuor pultreas cum omnibus et singulis partibus pendiculis et pertinentiis terrarum molendinorum et piscariarum respectiue predictorum jacentium infra vicecomitatum de Forfare . Insuper fecimus . . . et ordinamus predictum nobilem dominum suos heredes et assignatos prescriptos nostros . . . hereditarios balliuos omnium et singularum terrarum baroniarum et dominiorum vbicunque existentium nobis et dicto nostro episcopatui quomodolibet spectantium et pertinentium dando concedendo et committendo dicto nobili domino suisque heredibus masculis et assignatis nostris balliuis prescriptis nostram plenam liberam et omnimodam potestatem curias balliatus dictarum nostrarum terrarum baroniarum et dominiorum vbicunque existentium tenentibus earundem et aliis quorum interest aut intererit assignandi ordinandi inchoandi affirmandi tenendi et quoties opus fuerit continuandi sectas vocari faciendi absentes amerchiandi transgressores et delinquentes iuxta iuris ordinem puniendi amerchiamenta et eschaetas dictarum curiarum leuandi et ad vsus suos proprios applicandi ac pro eisdem si opus fuerit namandi et distringendi tenentesque et inhabitatores dictarum nostrarum terrarum baroniarum et dominiorum coram quocunque iudice siue quibuscunque iudicibus attachiati seu arrestati fuerint ad priuilegium et libertatem dictarum curiarum nostrarum replegiandi et reducendi cautionemque de Colleraith pro iusticia ministranda partibus conquerentibus intra iuris terminum dandi et inueniendi deputatos vnum seu plures cum clericis seriandis adiudicatoribus et omnibus aliis curie

membris necessariis faciendi creandi et iurari causandi pro quibus respondere tenebuntur et generaliter omnia alia et singula faciendi gerendi et exercendi dicendi que ad officium balliatus in premissis de iure seu regni consuetudine dinoscuntur pertinere et que nosmet faceremus seu facere possumus si personaliter interessemus ratum gratum firmum atque stabile habentes et habituri totum et quicquid dicti nostri balliui siue deputati et officarii in premissis rite duxerit seu duxerint faciendum sub hypotheca et obligatione omnium bonorum nostrorum mobilium et immobilium presentium et futurorum . Preterea tenore presentium damus concedimus disponimus et assignamus dictis nostris balliuis pro ipsorum feodis in executione et deseruitione dicti officii balliatus firmas et deuorias subscriptas dictarum terrarum dominicalium de Farnwell et acrarum prope dictam ecclesiam de Farnwell annuatim per dictos nostros balliuos in suis propriis manibus retinendas et detinendas ac desuper ad ipsorum libitum voluntatis disponendas . Tenendas et habendas totas et integras prefatas terras . . . necnon prefatum officium balliatus . . . prelibato nobili domino Archibaldo Ergadie comiti . . . suisque heredibus masculis et assignatis prescriptis de nobis et successoribus nostris in feudifirma seu emphiteosi et hereditate imperpetuum . . . Reddendo inde annuatim dictus nobilis dominus sui que heredes masculi et assignati prescripti nobis et nostris successoribus nostrisque camerariis et factoribus pro prefatis terris dominicalibus de Farnwell cum . . . pertinentiis earundem vnacum dictis acris terrarum apud dictam ecclesiam de Farnwell iacentibus predictam summam quinquaginta sex mercarum monete ad duos anni terminos consuetos . . . ac dictos duodecim capones ad terminos solitos et consuetos aut octo denarios pro qualibet petia earundem in optione soluentis tanquam firmas et deuorias perprius solui solitas et consuetas acetiam summam viginti sex solidorum octo denariorum in annuam augmentationem nostri rentalis

ad dictos terminos . . . Quasquidem firmas deuorias et augmentationem per presentes specialiter assignamus et exoneramus dicto nobili domino suis heredibus masculis et assignatis prescriptis in eorum feodis annuatim dicti officii balliatus per ipsos vt premissum est retinendas et disponendas et pro prefatis terris et villa de Crofthedis cum suis partibus pendiculis et pertinentiis dictam summam quinque librarum monete ad dictos terminos . . . ac dictas duas duodenas pultrearum ad terminos solitos et consuetos aut quatuor denarios pro qualibet petia earundem in optione soluentis tanquam antiquas firmas et deuorias perprius debitas et consuetas acetiam summam quadraginta denariorum in annuam augmentationem nostri rentalis ad prefatos duos terminos . . . et pro prefatis terris de Marytoun cum acris et salmonum piscaria earundem predictis dictas septem celdras victualium ad terminos solitos et consuetos aut summam decem mercarum monete pro qualibet celdra in optione soluentis dictamque summam octodecim solidorum monete ad dictos terminos . . . dictas sex duodenas pultrearum ad terminos solitos et consuetos aut quatuor solidos pro qualibet duodena earundem in optione soluentis ac dictas duas barrellas salmonum ad terminos solitos et consuetos aut viginti solidos pro qualibet barrella in optione soluentis tanquam antiquas firmas et deuorias perprius debitas et consuetas acetiam summam sex solidorum octo denariorum in annuam augmentationem nostri rentalis ad prefatos duos terminos . . . ac pro prefatis terris de Esauxtoun cum . . . pertinentiis dictam summam quatuor librarum tredecim solidorum quatuor denariorum monete ad dictos duos terminos . . . dictas duodecim bollas ordeï et duodecim bollas farine auenatice ac triginta quatuor pultreas ad terminos solitos et consuetos aut summam decem mercarum pro qualibet celdra victualium et summam quatuor denariorum pro qualibet petia cuiuslibet pultree in optione soluentis tanquam antiquas firmas et deuorias dictarum terrarum per-

prius debitas et consuetas acetiam summam quadraginta denariorum in annuam augmentationem nostri rentalis ad prefatos duos terminos . . . nomine feodifirme necnon heredes prescripti dicti nobilis domini duplicando dictam feodifirmani prescriptarum terrarum reseruatis tamen dictis heredibus firmis et deuoriis dictarum terrarum de Farnwell in feodo balliatus vt premissum est assignatis minime duplicandis nec persoluendis primo anno eorum introitus prout vsus est feodifirme tantum pro omni alio onere . . . seculari . . . Et nos vero . . . totas et integras prefatas terras nostras dominicales de Farnwell cum . . . pertinentiis vnacum dictis acris apud ecclesiam de Farnwell totas et integras prefatas terras nostras et villam de Crofthedis . . . totas et integras prefatas terras nostras de Marytoun cum acris earundem et salmonum piscaria predictis totas et integras prefatas terras nostras de Esauxtoun . . . necnon prefatum officium balliatus . . . warrantizabimus acquietabimus et imperpetuum defendemus Insuper volumus et concedimus ac pro nobis et nostris successoribus decernimus et ordinamus quod vnica sasina nunc per prefatum nobilem dominum ac per suos heredes masculos et assignatos prescriptos omni tempore affuturo apud fortalicium de Farnwell sumenda stabit et sufficiens erit sasina pro omnibus et singulis terris respectiue prescriptis cum turre fortalicio manerie molendino piscariis lie outsettis partibus pendiculis et pertinentiis earundem respectiue ac pro dicto balliatus officio cum feodis libertatibus et priuilegiis eiusdem absque vlla alia speciali seu particulari sasina de eisdem apud vllam aliam partem capienda non obstante quod non iacent insimul contigue super quo per presentes dispensamus Ideoque vobis Roberto Stewart balliuis nostris in hac parte . . . mandamus quatenus visis presentibus indilate statum sasinam hereditariam . . . prefatarum terrarum nostrarum . . . necnon prefati officii balliatus . . . prelibato Archibaldo Ergadie comiti . . . vel suo certo actornato



latori presentium apud dictum fortalicium de Farnwell secundum tenorem antescripte nostre carte iuste haberi faciatis . . . In eius rei testimonium sigillum nostrum rotundum vnacum nostra subscriptione manuali necnon sigillo communi dicti capituli et subscriptionibus manualibus decani et canonicorum eiusdem in signum sui consensus et assensus ad premissa presentibus est appensum apud Brechyn decimo die mensis Decembris anno domini millesimo quingentesimo sexagesimo sexto .\*

CXXXVII. **C**arta feodifirmae concessa per Alexandrum episcopum Brechinensem cum consensu capituli sui pro summa viginti librarum monetae Scotiae Willelmo Kynloch burgensi burgi de Dundee ac Jonetae Lyndsay ejus sponsae in vitali reddito pro toto tempore eorum vitae ac eorum alteri diutius viventi necnon Alexandro Ramsay filio et haeredi quondam Willelmi Ramsay civis Brechinensis haeredibus suis et assignatis haereditarie molendini granorum vocati lie littill mylne pertinentis dicto episcopo cum acra terrae eidem molendino incumbente cum omnibus multuris astrictis dicto molendino pertinentibus tunc per dictam Jonetam et suos tenentes occupati jacentis in Civitate Brechinensi inter terras magistri Georgii Meldrom ex australi terras haeredum quondam Davidis Cowpar ex boreali, communem plateam ex orientali et torrentem vocatum lie college burne ex occidentali; tenendi in emphiteosi et haereditate imperpetuum, unacum potestate et facultate fodiendi et lucrandi caespites vulgo feall and devott in lie commoun den de Brechin pro aedificatione et sustentatione dicti molendini domorum molendinarii et lie mylndams ac sustentatione et conservatione aquarum omnium prae-

\* Hoc ex apographo penes Comitem de Airlie transcriptum cum alio in publicis archivis collatum fuit.

fato molendino necessariarum ac cum communi pastura . Reddendo summam quatuor mercarum trium solidorum et quatuor denariorum monetae Scotiae tanquam pro firma antiqua prius solvi solita, necnon in augmentationem rentalis dicti episcopi summam trium solidorum et quatuor denariorum monetae praedictae ad duos anni terminos . Data sub sigillo rotundo dicti episcopi unacum sigillo capituli sui et ecclesiae Brechinensis eorumque subscriptionibus manualibus apud Brechin coram his testibus Jacobo Campbell de Arkinglas Joanne Butar de Gormok Joanne Steward Roberto Steward et magistro Joanne Hutton de Estir Belleleisk cum diversis aliis . 14 Januarii 1566 .

CXXXVIII. **C**arta feodifirmae concessa per eundem Alexandrum Brechinensem episcopum cum consensu capituli sui magistro Joanni Hwtoun de Eister Belleleisk suis haeredibus et assignatis illius vastae petiae terrae cum pertinentiis jacentis infra Civitatem Brechinensem inter magnam portam vulgo ye bischopis grit zett ex occidentali latere tenementi domino Willelmo Broun pertinentis ex orientali Publicam viam dictae Civitatis ex boreali unacum cauda eidem vastae petiae terrae adjacente de unica latitudine recte et linealiter descendente ad murum horti vulgo nuncupati the bischopis neyir zarde dyke ex australi partibus cum pertinentiis; tenendae in emphiteosi et haereditate imperpetuum . Reddendo summam sex solidorum et octo denariorum monetae Scotiae nomine feodifirmae ad duos anni terminos, necnon haeredes duplicando dictam feodifirmam primo anno eorum introitus . Data sub sigillo rotundo dicti episcopi unacum subscriptionibus manualibus sigilloque communi dicti capituli apud dictam Civitatem Brechinensem coram his testibus magistris Joanne Wod Thoma Balquhannan Roberto Flescher et Jacobo Cuthbert cum diversis aliis . 16 Januarii 1566 .

CXXXIX. **C**arta feodifirmae concessa per eundem Alexandrum Brechinensem episcopum Joanni Low civi Civitatis Brechinensis et Elizabetht Donaldsoun ejus sponsae eorumque alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione et haeredibus inter ipsos legitime procreatis seu procreandis vastae petiae terrae suprascriptae sub sigillis et subscriptionibus manualibus iisdem quibus supra apud . . . 1569 .

CXL. **C**arta feodifirmae concessa per David commendatarium perpetuum monasterii de Drybrucht necnon ecclesiae cathedralis Brechinensis archidiaconum pro reparatione novae mansionis suae et pro quadam certa pecuniae summa sibi deliberata ac cum expressis consensu et assensu Alexandri Brechinensis episcopi necnon decani canonicorum et capituli ejusdem magistro Thomae Ramsay commissario Brechinensi et Agneti Gardin ejus sponsae eorumque alteri diutius viventi in vitali reddito quibus deficientibus Jacobo Ramsay eorum filio primogenito haeredibusque suis mansionis cum domibus aedificiis hortis et suis pertinentiis ad patronum dicti archidiaconatus spectantis jacentis ex parte occidentali dictae Civitatis Brechinensis inter mansionem praecentoris ad occidens mansionem subdecani ad oriens coemiterium ecclesiae Brechinensis ad austrum et communem viam regiam ad boream ; tenendae in emphiteosi et haereditate imperpetuum . Reddendo Brechinensibus archidiaconis summam decem solidorum monetae Scotiae tanquam firmam antiquam solvi solitam necnon summam quadraginta denariorum ejusdem monetae in augmentationem rentalis dicti archidiaconi . Necnon dicti magister Thomas Agnes ejus sponsa et dictus Jacobus sui que haeredes dictam mansionem hortos cum pertinentiis sufficienter in muris

tectis aggeribus ac singulis suis necessariis reparent et aedificent reparatamque et aedificatam cunctis temporibus futuris suis sumptibus sustineant nomine feodifirmae . Data sub subscriptione manuali dicti archidecani necnon subscriptionibus manualibus dictorum episcopi, decani, et canonicorum capituli Brechinensis sigillisque illorum apud Striueling et Brechin coram testibus Michaeli Elphingstou David Hwm servitoribus dicti archidiaconi magistro Petro Zoung paedagogo supremi Domini nostri Regis Johanne Morison et Roberto Ramsay notariis cum diversis aliis . 9 Decembris et 3 Januarii 1577 .

CXLI. **I**nstrumentum saisinae ejusdem mansionis in favorem dicti Thomae Ramsay ejusque sponsae ac eorum filii praedicti super praecepto dato per dictum archidiaconum Jacobo Stirweling et Joanni Cokburne ballivis iisdem diebus et locis et coram iisdem testibus quibus in carta supradicta . Saisina tradita coram Henrico Abercromy in Goynd Thoma Arrot maro regio ac cive Brechinensi Joanne Birny apud novum moleninum de Ferne commorante cum diversis aliis . Georgio Fyiff clerico Sanctiandreae dioeceseos notario . 11 Junii 1579 .

CXLII. **C**arta feodifirmae concessa per Gulielmum Stirueling unum quatuor presbitorum fundatorum infra collegium Brechinense per quondam bonae memoriae Valterum palatinum de Stratherne Atholiae et Cathaniensem comitem dominum de Brechin et Cortoquhye pro augmentatione ac reparatione constructione et aedificatione partis suae collegii antedicti cum consensu patris sui Jacobi Stirueling tutoris sui ac nobilis et potentis domini Joannis comitis de Mar domini de Gareoche et Erskin feoditariique domini de Brechin et Naver unius successorum

praefati Walteri palatini necnon Alexandri Brechinensis episcopi ac decani et canonicorum capituli ejusdem Ballivis Concilio et Civibus praedictae Civitatis Brechinensis suisque successoribus antedictae partis praefati collegii designatae pro habitatione dicti Gulielmi Stirueling jacentis in dicto collegio ex orientali parte ejusdem contiguae januae introitus ejusdem ex boreali parte dictae januae extendentis in longitudine ad sexaginta pedes legales et in latitudine ad sexdecim pedes legales; tenendae in feodifirma emphiteosi et haereditate imperpetuum. Reddendo inde annuatim summam sex solidorum monetae Scotiae: necnon dicti Ballivi Concilium et Cives Brechinenses dictam partem collegii suis sumptibus sufficienter aedificabunt reparabunt et construent aedificatamque reparatam et constructam in singulis necessariis cunctis temporibus futuris sustinebunt; nomine feodifirmae. Data sub sigillis et subscriptionibus manualibus dictorum Gulielmi Stirueling, patris sui, comitis de Mar, episcopi, decani et canonicorum capituli apud Stiruelingum et Civitatem Brechinensem coram his testibus Jacobo Graham Vellelmo Graham Jacobo Hutoun Alexandro Nory Jacobo Thayne et Johanne Leslie. 15 et 20 Septembris 1579.

CXLIII. **C**arta emphiteosis concessa per magistrum Georgium Hepburne cancellarium Brechinensem cum consensu Alexandri episcopi Brechinensis et canonicorum ecclesiae cathedralis ejusdem venerabili viro magistro Paulo Fraser praecentori Brechinensi suis haeredibus et assignatis illius petiae terrae vastae in qua olim situata fuerat mansio cancellarii Brechinensis cum horto ejusdem (quaequidem mansio nunc diruta est et solo aequata) cum suis pertinentiis jacentis intra Civitatem Brechinensem inter mansionem praecentoris Brechinensis ad occidentem et boream coemeterium ecclesiae cathedralis Brechinensis et hortum archidiaconi

Brechinensis ad oriens et communem vicum quo itur ad templum vulgariter the West kirk gait nuncupatum ad austrum; tenendae in emphiteosi et haereditate imperpetuum. Reddendo inde annuatim summam trium solidorum et quatuor denariorum monetae Scotiae. Haec carta habens in se praeceptum Georgio Wischart de Drymme ballivo data est sub sigillis et subscriptionibus manualibus dictorum Georgii, episcopi, et canonicorum, apud Brechin, 7 Junii 1580.

CXLIV. **C**arta confirmationis suprascriptae cartae data sub testimonio magni sigilli coram his testibus Jacobo comite de Mortoun domino de Dalkeith etc. magno regni Scotiae admirallo, Colino Argadiae comite domino Campbell et Lorne etc. cancellario ac justiciario generali, Patricio Sanctiandreae archiepiscopo, Roberto commendatario monasterii de Dumfermeling secretario regio, Alexandro Hay rotulorum registri ac consilii clerico, Lodovico Ballenden de Auchnoull milite justiciariae clerico, Roberto Scot cancellariae direttore, et magistro Thoma Buquhannane de Ybert secreti sigilli custode, apud Halyrudhouss 5 Septembris 1580.

CXLV. **C**arta sub testimonio magni sigilli magistro Andreae Leiche praecptori scholae grammaticalis Brechinensis haeredibus suis et assignatis illius petiae terrae aedificatae et tunc ruinosae intra canoniam Brechinensem in qua habitare et magis commode dictam scholam invigilare poterit jacentis in canonia Brechinensi juxta dictam scholam ex parte orientali inter vicum qui ducit ad hortos capellanorum ecclesiae Brechinensis ex parte australi mansum et hortum vicarii de Brechin ex parte boreali et hortum collegii ejusdem ex parte occidentali cum omnibus suis pertinentiis. Quaequidem petia terrae ad canonicos Bre-

chinenses perprius in communi pertinebat; tenendae in haereditate imperpetuum . Reddendo inde annuatim summam trium solidorum quatuor denariorum monetae Scotiae nomine regio pauperibus annuatim solvendam in festo purificationis beatae Mariae virginis tantum . Data eodem loco et coram iisdem testibus quibus in carta suprascripta . 13 Januarii 1580 .

Confirmatio regia carte concessae per Alexandrum episcopum Brechinensem Jacobo Grahame .

CXLVI. **J**acobus Dei gratia Rex Scotorum omnibus probis hominibus . . . Salutem Sciatis nos quandam cartam donationis factam et datam per Alexandrum Brechinensem episcopum . . . cum consensu . . . capituli ecclesie cathedralis eiusdem . . . ad plenum intellexisse sub hac forma Omnibus hanc cartam visuris vel audituris Alexander . . . episcopus Brechinensis Salutem . . . quum nulli non constet illam petiam terre vaste jacentem in nostra Civitate Brechinensi inter communem plateam eiusdem et murum horti nostri palacii vulgariter lyand betuix the wall of our garding and the commoun calsay of Brechine intra bondas et limites subscriptos videlicet incipiendo ab occidente ad hortum thesaurarii dehinc extendentem per dictum murum et plateam usque ad portam turre vocate Carnokis toure multis jam anteactis annis ceno et stercorariis passim ubique quotannis et semper repletam fuisse et etiam jam esse ut non solum ciues et incole dicte nostre Civitatis ex tetro odore stercorum ibi congestorum iniurias et infirmitates contractarint verum etiam ne nos quidem in nostro viridario et horto salui deambulare possumus Noueritis igitur nos cum expressis consensu et assensu capituli ecclesie nostre cathedralis . . . dedisse . . . et ad

feodifirmam seu emphiteosim hereditarie dimisisse . . . prouido viro Jacobo Grahame filio Walteri Grahame de Drumblaine suis heredibus et assignatis totam et integram prefatam petiam terre vaste . . . Reseruando tamen nobis et successoribus nostris . . . januas seu portas magnam et paruam in prenominata turre vocata Carnokis toure et liberum egressum et ingressum per easdem et palatium nostrum . . . Tenendam . . . in feodifirma et hereditate imperpetuum . . . Reddendo inde annuatim . . . nobis et successoribus nostris summam sex solidorum et octo denariorum . . . monete . . . Scotie nomine feodifirme . . . In cuius rei testimonium presentibus manu nostra necnon canonicorum eiusdem nostre ecclesie subscriptis . . . sigillum nostrum rotundum unacum sigillo communi dicti capituli sunt appensa apud dictam nostram Civitatem Brechinensem decimo die mensis Junii anno Domini millesimo quingentesimo septuagesimo nono Quamquidem cartam . . . in omnibus suis punctis et articulis . . . confirmamus . . . In cuius rei testimonium huic presenti carte nostre confirmationis magnum sigillum nostrum apponi precepimus testibus predilectis nostris consanguineis et consiliariis Esmo Lennocie duce comite de Dernelie domino Tarboltoun Dalkeith et Aubigny etc. magno regni nostri camerario Colino Argadie comite domino Campbell et Lorne etc. cancellario ac iusticiario nostro generali reuerendissimo ac venerabili in Christo patribus Patricio Sanctiandree archiepiscopo Roberto commendatario monasterii nostri de Dunfermeling nostro secretario dilectis nostris familiaribus et consiliariis Alexandro Hay nostrorum rotulorum registri ac consilii clerico Lodouico Bellenden de Auchnoull milite nostre iusticiarie clerico Roberto Scott nostre cancellarie direttore et magistro Thoma Buquhannane de Ybert nostri secreti sigilli custode apud Halierudehous . 24 Novembris 1581 .



CXLVII. **C**arta confirmationis cartae concessae per antedictum David commendatarium monasterii de Dryburgh et archidiaconum ecclesiae cathedralis Brechinensis praefatis Thomae Ramsay Agneti Gardin ejus sponsae et Jacobo Ramsay eorum filio [No. CXL] data sub testimonio magni sigilli coram his testibus Colino Argadiae comite domino Campbell et Lorne etc. cancellario ac justiciario regio generali, Patricio Sanctiandreae archiepiscopo, Roberto commendatario monasterii de Dumfermeling secretario regio, Waltero commendatario prioratus de Blantyre secreti sigilli custode, Alexandro Hay de Eister Kennet rotulorum registri ac concilii clerico, Lodovico Bellenden de Auchnoule milite justiciariae clerico, et Roberto Scott cancellariae direttore, apud Halyrudehous . 25 Januarii 1583 .

CXLVIII. **C**arta confirmationis cartae feodifirmae concessae per praefatum Alexandrum episcopum Brechinensem antedictis Willelmo Kinloch Jonetae Lindesay ejus sponsae et Alexandro Ramsay, (No. CXXXVII.) data sub testimonio magni sigilli coram his testibus Jacobo Arraniae comite domino Evane et Hammiltoun etc. cancellario, Patricio Sanctiandreae archiepiscopo, Waltero priore de Blantyre secreti sigilli custode, Joanne Maitland de Thirlestane milite secretario regio, Alexandro Hay de Eister Kennat rotulorum registri ac concilii clerico, Lodovico Bellenden de Auchnoule milite justiciariae clerico, et Roberto Scott cancellariae direttore, apud Halierudehous . 9 Februarii 1584 .

CXLIX. **C**arta feodifirmae concessa per magistrum Robertum Carnegie praepceptorem domus Dei in Brechine Masondeu nuncupatae Nicolao Liddell

civi Civitatis Brechinensis haeredibus suis et assignatis illius tenementi tam ante quam retro cum horto et suis pertinentiis jacentis ex parte occidentali dictae Civitatis inter terras quondam Joannis Leitch ad boream terras haeredum quondam Willielmi Ramsay ad austrum hortos domus de Masondew praedictae ad occidentem et communem viam regiam praefatae Civitatis ad orientem; quodquidem tenementum per prius fuit haereditarie Joannis Periss civis dictae Civitatis et Jonetae Joffray ejus sponsae ac haeredum eorum; tenendi in feodifirma et haereditate imperpetuum. Reddendo inde annuatim summam undecim solidorum et octo denariorum monetae Scotiae nomine feodifirmae. Reservato tamen dicto Joanni Periss ejus vitali redditu anterioris partis dicti tenementi et stabuli posterioris partis per eundem de praesenti occupatorum; necnon reservato praedictae Jonetae Joffray ejus vitali redditu totius dicti tenementi. Haec carta habens in se praeceptum saisinae David Seget ballivo data est apud Brechin coram his testibus Roberto Kynneir ballivo dictae Civitatis Roberto Rollok David Lindsay Andrea Audny Joanne Allane civibus praedictae Civitatis et Joanne Ramsay notario publico. 27 Julii 1585.

CL. **C**arta concessa per praefatum Robertum Carnegie praeceptorem antedictae domus de Masondew Georgio Crawmound nepoti Georgii Crawmound olim de Burnsyd civis Brechinensis et filio Joannis Crawmound in dicta Civitate commorantis illius tenementi ante et retro cum horto et pertinentiis jacentis ex boreali parte illius venellis dictae Civitatis vulgo the Prenteiss wynd vocatae inter terras quondam Heriell ad orientem terras haeredum quondam ad occidentem terras haeredum quondam Joannis Low ad boream et dictam venellim ad austrum;

necnon illarum duarum acrarum terrarum arabilium jacentium ex parte boreali lie lache de Brechine inter terras de Cuikistoun ad oriens terras de Masondew ad boream terras vocatas Croillis hillok Willelmo Periss spectantes et terras domini David Lyndsay de Edzell militis ad occidens et dictum lache ad austrum . Quodquidem tenementum necnon acrae terrae arabilis praescriptae fuerunt prius Agnetis Crawmound relictæ quondam Andreae Stratoun et nunc sponsæ Alexandri Kynnemont alias Somir civis dictæ Civitatis hæreditarie et pro certis magnis pecuniarum summis resignata fuerunt per dictam Agnetem in manibus dicti præceptoris in favorem dicti Georgii Crawmound junioris nepotis dictæ Agnetis hæredum ejus et assignatorum . Tenendis dicto tenemento necnon duabus acris terrarum præscriptis in feodifirma feodo et hæreditate imperpetuum . Reddendo inde annuatim dictæ domus præceptoribus summam decem et octo solidorum et quatuor denariorum monetae Scotiae nomine feodifirmæ ; necnon faciendo tres sectas ad tria placita capitalia unacum aliis servitiis in curiis dictæ domus præceptorum prout consuetudo expostulat . Reservato tamen dictæ Agneti Crawmound ejus vitali reddito tenementi et acrarum antedictorum . Haec carta habens in se præceptum saisinae Roberto Rollok ballivo data est sub sigillo et subscriptione manuali dicti præceptoris apud Brechin coram his testibus magistro Willelmo Carnegy suo fratre germano Joanne Auchinlec suo servitore Joanne Ramsay et magistro Thoma Ramsay notariis publicis . 16 Aprilis 1586 .

Royal gift of the chaplainry of the Magdalene within the Trinity kirk to John Bannatyne scholar.

CLI. **J**ames be the grace of God king of Scottis to the lordis of our Session and all utheris our liegis and subdittis quhome it efferis . . . Greting Wit ze ws to haue gevin . . . to oure louit Johnne Bannatyne scoller sone to umquhile James Bannatyne writter during his lyiftyme all and haill the chaiplainrie of the Magdalen within the Trinitie kirk of Brechin with all rentis annuelrentis proffittis dewiteis and emolumentis quhatsumevir pertynng thairto now vaikand in our handis and at our dispositioun throw expyring of sex zeiris quhairunto Mr. Patrik Fowler-toun scollar wes provydit for his intertenement at the sculeis during the said space and that for sustenyng of the said Johnne at the sculeis and better upbringng in vertew and leirnyng with power to the said Johnne to intromet wihth and uptak the fruttis rentis proffittis dewteis annuelrentis and emolumentis quhatsumevir pertenyng to the said chaiplanrie be himself his factouris and seruitouris in his name fra quhatsumevir persoun or personis addettit in payment of the samin at the termes usit and wount begynnand the first zeiris payment of the samin in the zeir of God M v<sup>c</sup> fourescoir sevin zeiris . . . Quhairfore we . . . commandis zow the saidis lordis of our Sessioun that ze direct our utheris lettres for ansuering and obeying of the said Johnne his factouris and seruitouris . . . of the . . . emolumentis of the said chaiplainrie zeirlie and termelie . . . dureing the tyme foirsaid. Gevin under our privie seill at Halieruidhous the ferd day of Maij the zeir of God M v<sup>c</sup> fourescoir sevin zeiris and of oure rignne the twentie zeir.

Per signaturam manibus S.D.N. Regis ac secretarii subscriptam etc.

CLII. **C**arta feodifirmae concessa per Georgium Meldrum filium et haerem quondam magistri Georgii Meldrum burgensis burgi de Carreill pro certis magnis pecuniarum summis Joanni Tailzour civi Civitatis Brechinensis et Isobellae Brown ejus sponsae eorumque alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione haeredibusque inter ipsos legitime procreatis seu procreandis quibus deficientibus haeredibus et assignatis ipsius Joannis quibuscunque borealis dimidietatis tenementi vocati de antiquo Buttergaskis land cum horto horreo et pertinentiis ejusdem (excepta proprietate illarum duarum botharum seu officinarum anteriorum ejusdem dimidietatis haeredibus quondam Joannis Low civis dictae Civitatis in feodifirma spectantium de praesenti per Thomam Cowy et Jacobum Clerk occupatarum) jacentis ex orientali parte Civitatis praedictae inter terras Sancti Jacobi ad boream terras dicti Georgii Meldrum ad oriens et australem dimidietatem ejusdem tenementi ad austrum et communem viam regiam ad occidens unacum illa anteriori botha seu officina praescriptae australis dimidietatis jacente ex australi parte januae introitus ejusdem de praesenti per eundem Joannem Tailzour occupata necnon superioritatis firmarumque feodifirmariarum dictarum duarum botharum prius exceptarum unacum juribus et servitiis dicto Georgio Meldrum de eisdem debitis acetiam orientalis dimidietatis illius petiae terrae arabilis dicto tenemento de antiquo pertinentis de praesenti per eundem Joannem Tailzour occupatae habentis ex orientali parte terras haeredum quondam Henrici Meldrum terras Joannis Cokburn ex boreali residuum dictae petiae terrae ex occidentali et commune antrum ex australi . Tenendis dictis terris botha superioritate et firmis feodifirmariis in feodifirma feodoque et haereditate imperpetuum . Reddendo inde annuatim Brechinensibus episcopis pro dicta boreali dimidietate tenementi et dimidietate petiae terrae arabilis praescriptae

cum botha australis dimidietatis summam                    solidorum monetae  
 Scotiae necnon pro superioritate praedicta                    denarios similis  
 monetae nomine feodifirmae . Data sub sigillo et subscriptione manuali  
 dicti Georgii Meldrum apud Brechin coram his testibus Joanne Ram-  
 say de Inedamstoun Jacobo Thayne Willelmo Knox Allexandro Ram-  
 say Roberto Kynneir civibus Brechinensibus Joanne et Willelmo  
 Ramsay notariis publicis . 5 Maii 1587 .

Confirmatio concessionis regie Hospitali Brechinensi et nova donatio  
 eidem .

CLIII. **J**acobus Dei gratia Rex Scotorum omnibus . . . Salutem Sciatis nos  
 nunc post nostram perfectam etatem viginti unius annorum completam  
 quandam cartam mortificationis . . . ad plenum intellexisse sub hac  
 forma . Jacobus Dei gratia Rex Scotorum omnibus . . . Salutem  
 Sciatis quia cum auisamento et consensu charissimi nostri consanguinei  
 Joannis comitis de Mar domini Erskin etc. nostri . . . regni regentis  
 . . . considerantes . . . nos ex officio teneri . . . prouidere quod  
 hospitalia pauperibus mutilatis et miseris personis orphanis et parenti-  
 bus destitutis infantibus accommodentur et quod hospitale infra Ciuita-  
 tem de Brechin fundandum et extruendum in quoquidem miserabiles  
 persone et pauperes collocande sunt quarum tanta cura haberetur quod  
 ipsarum necessitas et miserabilis conditio subleuari debet et quod sunt  
 diuersi annui redditus infra dictam Ciuitatem qui elapso tempore igno-  
 rantie presbiteris et capellanis pro missis et anniuersariis celebrandis  
 dotati erant . . . volentesque . . . eosdem . . . in meliores et potiores  
 usus . . . applicari . . . dedimus . . . et mortificamus misere condi-  
 tionis personis et orphanis in dicto hospitali locandis necnon Balliuis  
 Consulibus et Communitati dicte Ciuitatis (quos per presentes facimus

eorundem patronos) omnes et singulos annuos redditus obitus anniuersaria tenementa terras et domos infra dictam Ciuitatem capellanis presbiteris pro missis celebrandis lie dirige aut aliqua papista seruitute administranda prius dotata aut quibuscunque capellaniis alteragiis prebendariis aut cellis in quacunq̄ue ecclesia capella aut collegio infra dictam Ciuitatem aut libertatem eiusdem in quorum possessione prefati capellani et prebendarii fuerant perp̄prius . . . tenenda . . . de nobis . . . imperpetuum . . . Insuper volumus . . . quod hoc presens infeofamentum nullo modo . . . damnum ullum adferet presentibus capellanis prebendariis et possessoribus dictorum annuorum reddituum . etc. sed quod eadem possideant durante eorum vita . . . In cuius rei testimonium huic presenti carte nostre magnum sigillum nostrum apponi precepimus testibus . . . Adamo episcopo Orchadensi commendatario monasterii nostri Sancte Crucis prope Edinburgh . . . Jacobo comite de Mortoun domino Dalkeith etc cancellario nostro Willelmo comite Mariscalli domino Keith . . . magistro Jacobo Makgill de Rankelour Nethir nostrorum rotulorum registri ac consilii clerico Joanne Bellenden de Auchnoull milite nostre justiciarie clerico et magistro Georgio Buchannane pensionario de Corsragwell nostri secreti sigilli custode apud Leith vicesimo die mensis Junii anno Domini millesimo quingentesimo septuagesimo secundo et regni nostri quinto . Quamquidem cartam . . . in omnibus . . . pro perpetuo confirmamus . . . Insuper . . . de nouo dedimus . . . Balliuis Consulibus et Communitati dicte Ciuitatis patronis dicti hospitalis . . . omnes et singulas terras tenementa domos et edificia ecclesias capellas hortos pomaria acras croftas annuos redditus anniuersaria obitus pecuniarios fructus redditus proficua et deuoria quecunque que quouis modo ad quascunque capellanas alteragia collegia seu ecclesias . . . intra libertatem dicte Ciuitatis . . . pertinere . . . ubicunque dicti annui redditus . . . jacent . . . tam ex-

tra . . . quam intra eandem Ciuitatem . . . In cuius rei testimonium huic presenti carte nostre confirmationis magnum sigillum nostrum apponi precepimus . Testibus . . . Joanne domino Hammiltoun etc. commendatario monasterii nostri de Abirbrothok Archibaldo Angusie comite domino Dowglas Dalkeith et Abirnethy etc. domino Joanne Maitland de Thirlstane milite cancellario ac secretario nostro . . . Patricio Sanctiandree archiepiscopo Waltero priore de Blantyre nostri secreti sigilli custode . . . Alexandro Hay de Eister Kennat nostrorum rotulorum registri ac consilii clerico Ludouico Bellenden de Auchnoule milite nostre justiciarie clerico et magistro Roberto Scott feoditario de Knychtispoty nostre cancellarie direttore apud Halyrudehous vicesimo nono die mensis Julii anno Domini millesimo quingentesimo octuagesimo septimo et regni nostri vicesimo primo .

CLIV. **I**nstrumentum saisinae in favorem Margaretae et Johannaë Audny duarum trium haeredum foeminearum et solummodo propinquiorum Joannis Audny civis Civitatis Brechinensis ipsarum patris et in favorem Roberti Rollok civis dictae Civitatis mariti praedictae Margaretae et Johannis Brown fabri lignarii civis etiam Brechinensis mariti antedictae Johannaë illius tenementi jacentis infra dictam Civitatem ex occidentali parte ejusdem inter terras olim haeredum quondam Willelmi Guthre spectantes nunc Andreae Watt ad occidentem terras haeredum quondam Joannis Low ad boream terras vocatas Cobis land ad orientem et communem viam regiam seu venellam vocatam the Prenteis Vynd ad austrum; necnon unius acrae terrae arabilis praefato tenemento adjacentis jacentis ex eadem occidentali parte Civitatis praedictae inter terras arabiles Joannis Lesly ad orientem terras arabiles villae terrarum de Dubtoun ad boream occidentem et austrum super praecepto de clare constat et saisinae



dato per David Petcarne filium et haeredem quondam David Petcarne de Vaster Drummis cum consensu Joannis Grahame apparentis de Morphy et Willelmi Rynd de Carss curatorum ipsius David Alexandro Ramsay capellano capellaniae sanctae Annae ballivo suo apud St. Anders et Brechin die decimo septimo mensis Aprilis anno Domini millesimo quingentesimo octuagesimo octavo coram testibus Petcarne apparente de eodem Jacobo Lyn servo Joannis Lesly Alexandro Ogilvy David Quheitt et [Willelmo] Ramsay notario . Saisina tradita coram his testibus Thoma Lydel Joanne Fairle Valtero Watt Joanne Brokkas civibus Brechinensibus . Willelmo Ramsay et Georgio Fyiff Sanctiandreae dioeceseos notariis . 29 Aprilis 1588 .

CLV. **P**raeceptum datum per Jacobum Guthre portionarium de Balnabreche cum consensu Cristinae Barroun suae sponsae Andreae Guthre de Vester Balnabreche ballivo suo ut traderet Joanni Daikeris in Kyndrocat et Jonetae Jak ejus conjugii saisinam unius annui redditus octodecim bollarum victualium binae partis farinae avenaticae et tertiae partis ordeï boni et sufficientis mercimonii et foralis pensurae annuatim inter festa natalis Domini et purificationis beatae Mariae vocatae Candilmes levandi de terris occidentalis dimidietatis terrarum de Balnabreche cum pertinentiis jacentium in parochia de Brechin et infra vicecomitatum de Forfar coram his testibus Jacobo Guthre filio suo Alexandro Ogilwy Joanne Rannie et Roberto Mannie servis suis . 9 Junii 1589 .

CLVI. **C**arta concessa per magistrum Paulum Fraser praecentorem Brechinensem Joanni Schewane burgensi burgi de Dundee filio et haeredi legitime procreato inter quondam David Schewane civem Civi-

tatis Brechinensis et Barbaretam Liddell nunc conjugem ipsius Pauli Fraser illius petiae terrae vastae antea sibi ipsi Paulo Fraser per magistrum Georgium Hepburne cancellarium Brechinensem concessae [No. CXLIII.] · Reservato nihilominus vitali redditu praefatae petiae terrae dictis Paulo Fraser et Barbaretæ Liddell sponsae suae · Haec carta habens in se praeceptum saisinae data est coram his testibus magistro Alexandro Noray rectore de Ferne Joanne Noray ejus fratre germano Jacobo Schewane fratre dicti Joannis et Roberto Low in Brechin · 12 Augusti 1589 ·

CLVII. **I**nstrumentum saisinae illius tenementi emphiteotici quondam Jacobi Chepman civis Civitatis Brechinensis et Helenae Chalmer ejus sponsae jacentis ex parte orientali ejusdem Civitatis inter tenementum haeredum quondam Joannis Dempster ad boream tenementum haeredum quondam Alexandri Ramsay ad austrum acram terrae arabilis haeredibus quondam magistri Georgii Meldrum spectantem ad orientem [et] viam regiam ad occidentem ; necnon illarum duarum acrarum arabilium eidem tenemento de antiquo spectantium jacentium ex eadem orientali parte Civitatis praedictae una earum in crofta illa vocata Noul Mercat inter commune antrum ad orientem et boream terras Joannis Liddell ad austrum [et] terras haeredum et successorum quondam magistri Thomae Ramsay ad occidentem alia acra in eadem crofta ex australi parte ejusdem inter aquaeductum parvi molendini ad austrum terras arabiles Alexandri Scot et Joannis Udny ad occidentem et orientem et terras arabiles haeredum quondam Joannis Cokburne ad boream traditae per Joannem Chalmer de Newbigging dominum superiorem dicti tenementi et acrarum suprascriptarum Richardo Chepman nunc jus roganti haeredi dicti quondam Jacobi Chepman patris sui et Jeannae Dempster filiae

Jacobi Dempster de Nether Inglismadie futurae sponsae ipsius Richardi Chepman coram his testibus Roberto Kynneir ballivo Jacobo Thayne Alexandro Leslie officario David Dempster cive ibidem et magistro David Essie de Mvirtoun . Willelmo Ramsay Sanctiandreae dioeceseos notario . 11 Januarii 1591 .

CLVIII. **I**nstrumentum saisinae traditae per Mathaeum Dempster civem Civitatis Brechinensis Thomae Low civi ejusdem Civitatis et Cristinae Burnet ejus sponsae eorumque alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione petiae terrae vastae [adjacentis] illi tenemento quod vocatum est de antiquo mansio subdecani nunc Joanni Thomesoun et Joanni Craige in feodifirma locato jacentis infra dictam Civitatem in venella vocata the Nethir Kirk Wynd ex australi latere ejusdem venellae quae petia terrae vastae habet illud dimidium tenementi antedicti nunc dicto Joanni Craige spectans ad occidentem dictam venellam ad boream et orientem et hortum dicti Joannis Craige ad austrum cum dimidio orientalis gabuli vulgo the gawill dictae dimidietatis tenementi cum potestate aedificandi ad et super dictum orientale gabulum ; tenendae de dicto Mathaeo in feodifirma et haereditate imperpetuum pro solutione annuatim summae trium librarum sex solidorum et octo denariorum monetae Scotiae nomine feodifirmae . Testibus Jacobo Thaine Joanne Craige civibus dictae Civitatis Magistro Alexandro Ramsay filio quondam Magistri Thomae Ramsay commissario Brechinensi Niniano Hill fabro lignario burgense de Montrois . Joanne Ramsay Sanctiandreae dioeceseos notario . 7 Junii 1592 .

CLIX. **P**raeceptum de clare constat datum per Alexandrum Brechinensem episcopum Roberto Kynneir de Botheris ballivo suo ut traderet saisinam illius molendini granorum lie litill myln nuncupati [No. CXXXVII.] Alexandro Ramsay haeredi antedicti Alexandri Ramsay sui patris . Testibus David Dempster feoditario de Peithill Georgio Tullocht Alexandro Leslie Joanne Myln [in] Brechin commorante magistro Thoma Ramsay Joanne Nory et Vellelmo Ramsay notariis publicis . 7 Februarii 1597 .

CLX. **C**arta confirmationis facta per dictum Alexandrum episcopum Brechinensem alterius cartae concessae per praefatum Alexandrum Ramsay juniorem Vellelmo Fullartoun de Ardo et haeredibus suis molendini suprascripti undecimo die mensis Februarii anno Domini millesimo quingentesimo nonagesimo septimo coram his testibus inter alios Roberto Kynneir vicario Brechinensi Thoma Narn servitore dicti Vellelmi et Joanne Kynneir filio dicti Roberti . Carta confirmationis facta coram his testibus Joanne Ley servitore dicti episcopi [et] Georgio Noray in Brechin . 18 Maii 1598 .

CLXI. **I**nstrumentum saisinae super resignatione Andreae Guthre olim [in] Brechin nunc in Dod degentis in manibus Roberti Kynneir unius ballivorum et Georgii Arrott magistri hospitii antedictae Civitatis domitorum superiorum suorum in favorem Willelmi Mortown calcifactoris civis Brechinensis illius petiae vastae terrae sive fundi antiquae domus collegii in qua sacerdotes chori Brechinensis manebant cum clausura ejusdem . Solvendo dictus Willelmus et haeredes sui dicto hospicio et

pauperibus in eo locatis et locandis summam sex solidorum et octo denariorum: acetiam reservando ballivis et consulibus dictae Civitatis domos et aedificia ex parte orientali ejusdem constructa ac venellam seu introitum et exitum ad reliqua horti collegii et domum illam in qua Joannes Liddell habitat . Testibus Joanne Ramsay commissario Brechinensi Roberto Rollok cive ibidem Roberto Vymiss in Ower Petforthi Jacobo Maliford [in] Brechin degente Alexandro Leslie officiaro ibidem [et] Thoma Ramsay servitore Villelmi Ramsay notarii . 8 Martii 1598 .

CLXII. **I**nstrumentum saisinae super carta concessa per Andream Hay civem Civitatis Brechinensis cum consensu Andreae Wod olim portionarii de Eister Drwmnis Joanni Smart servitori Jacobi magistri de Ogilvy illius horti cum pertinentiis jacentis infra Civitatem praedictam ex parte occidentali ejusdem et ex parte australi exterioris clausurae palatii sive mansionis episcopi Brechinensis inter hortos suos et terras capellaniae nominis Jesu ad occidentem et austrum et communem plateam ejusdem Civitatis ad orientem diebus vigesimo secundo et quinto mensis Maii anno Domini millesimo et sexcentesimo coram his testibus Joanne Udney in Ower Pitforthie Jacobo Thayn cive dictae Civitatis Joanne Lyoun ibidem commorante et David Guthrie filio Joannis Guthrie apud Newmylne . Saisina tradita per Thomam Vinzeitis in Dubtoun ballivum in praecepto saisinae nominatum coram his testibus Valtero Scot Jacobo Smart et Joanne Kingzow civibus Brechinensibus Alexandro Johnestoun filio Joannis Johnestoun apud molendinum de Kynnell degentis et Joanne Vinzeitis filio dicti Thomae Vinzeitis . Georgio Wricht et Joanne Ramsay notariis . 23 Junii 1600 .

CLXIII. **I**nstrumentum saisinae in favorem Richardi Chepman civis Brechinensis indubitati haeredis Richardi Chepman civis ibidem avi sui unius annui redditus tredecim solidorum et quatuor denariorum [monetae Scotiae] annuatim levandi de illo tenemento vocato de antiquo Lyellis land jacente ex parte occidentali Civitatis Brechinensis inter terras sancti Christophori ad boream [et] terras Alexandri Ramsay ad austrum; duorum etiam annuorum reddituum alterius quatuor mercarum alterius tredecim solidorum et octo denariorum annuatim levandorum de terris et horto [No. CXXV.]; Similiter unius annui redditus tredecim solidorum et quatuor denariorum annuatim levandi de illo tenemento olim Roberto Buchane spectante jacente ex orientali parte Civitatis antedictae inter terras capellanorum sancti Christophori ab una et Baxteris land ab altera; praeterea unius annui redditus tredecim solidorum et quatuor denariorum monetae antedictae annuatim levandi de illo tenemento vocato de antiquo Reidis land olim magistri David Petcarne archidiaconi Brechinensis [jacente] ex parte australi dictae Civitatis inter terras quondam magistri Gulielmi Meldrum archidiaconi Dunkeldensis ab una et terras quondam Joannis Weymes ab altera . Saisina tradita per Robertum Rollok unum ballivorum dictae Civitatis coram his testibus Mathaeo Dempster Johanne Kynneir Vilhelmo Bruce Jacobo Dempster Jacobo Smart Alexandro Clerk civibus Brechinensibus Johanne Keingzer et Patricio Brokass officariis . Wilhelmo Ramsay Sanctiandreae dioeceseos notario . 16 Martii 1602 .

CLXIV. **P**rocuratory by Mathow Hepburne chaplain of the chaplainry of Caldem for resigning in the hands of the lords of the kings council, as in the hands of his majesty, patron thereof, the said chaplainry of Caldem

with the teinds rents and emoluments thereof lying within the diocese of            and sheriffdom of            and that in favour of Alexander Levingstoun son of James Levingstoun of Cadem; signed at Kilconquer before these witnesses George Flemyng, George Abercrombie and Johnne Ardess messenger . 1 April 1603 .

CLXV. **C**arta concessa per Jacobum Ramsay ministrum evangelii Jesu Christi apud Tannadyss cum consensu Christinae Dempster sponsae suae Georgio Symmer de Balzordye haeredibus suis et assignatis quibuscunque illius mansionis (No. CXL.) quae hic ita designata est; unum tenementum terrae ante et retro sursum et supra cum domibus aedificiis hortis et singulis suis privilegiis et pertinentiis quibuscunque unacum superioritate illius inferioris domus ex orientali latere dicti tenementi [illi] adjacentis contigue (quaequidem domus pertinet haereditarie ad Johannem Crawmond) jacens infra Civitatem de Brechin ex occidentali latere ejusdem inter tenementa domos et hortos haeredum quondam Johannis Crawmond ex orientali domos et hortos Johannis Schewan olim nuncupata lie Chantouris manss ex occidentali coemeterium de Brechin ex australi et communem viam regiam dictae Civitatis ex boreali partibus ab una et aliis (excepta tamen proprietate haereditaria inferioris domus antedictae) . Reddendo inde annuatim commendatario de Dryburgh superiori ejusdem tenementi et suis successoribus summam

monetae Scotiae . Data coram his testibus Patricio Lyndesay

de Barnezardis, Georgio Ramsay nepote David Lyoun de Balgillye, Joanne Dunkysoun ludimagistro apud Tannadyss David Petrye in Tannadyss et David Wilsoun notario publico . 14 Septembris 1603 .

*Sic subscribitur*

J. Ramsay min<sup>r</sup> of Tannadess .

P. Barnyardis witness .

George Ramsay witness .

J. Dunkisone testis .

CLXVI. **P**rocuratory of Resignation following thereon, dated September 1603 .

CLXVII. **I**nstrumentum saisinae super resignatione facta per Elizabetham Lyoun filiam legitimam quondam Patricii Lyoun unius ballivorum burgi de Dundie et sponsam futuram David Lyndesay filii et haeredis apparentis David Lyndesay ballivi Civitatis Brechinensis cum consensu Griseldis Burse suae matris necnon domini Jacobi Scrimgeour de Duddop militis constabularii de Dundie domini sui superioris in favorem dicti David Lyndesay sui mariti futuri acrarum subscriptarum videlicet; novem acrarum terrarum arabilium unacum dimidietate decinarum garbalium earundem jacentium in orientali agro de Duddop in baronia de [Dundie] infra vicecomitatum de Forfair . Quarum novem acrarum septem jacent in lie Middilschaid dicti campi . Harum septem tres (jacent) inter terras occupatas olim per quondam Jacobum Findlasone ex occidentali acras occupatas per Jacobum Zoung ex orientali acras occupatas per Alexandrum Coline et Gulielmum Duncane ad boream et viam tendentem ad lie Den ex australi partibus; duae item aliae earundem inter terras occupatas per Isobellam Andersoun relictam quondam Alexandri Vadderburn ex orientali acras occupatas per dictum quondam Patricium Lyoun ex occidentali acras occupatas per Gulielmum Rollok ex boreali et dictam viam ex australi partibus; aliae item duae jacent inter terras occupatas per Euphamiam Forrett ex orientali et praefatas acras occupatas per dictam Isobellam Andersone ex occidentali dictas acras occupatas per Gulielmum Rollok ex boreali et praescriptam viam regiam ex australi partibus . Reliquae duae acrae jacent infra dictam viam qua itur ad antrum; una earundem appellata ye Den aiker inter



terras Jacobi Mackie ex occidentali dictum antrum ex orientali; altera appellata parva acra inter terras dicti Jacobi Mackie ex orientali terras Andreae Stevinsoun ex occidentali; cum pertinentiis . Saisina tradita per ipsam Elizabetham Lyoun coram his testibus Gilberto Kentie regis nuntio David Petrie et Henrico Guthrie burgensibus dicti burgi de Dundie et Patricio Lyoun filio legitimo dicti quondam Patricii Lyoun . Joanne Ramsay Sanctiandreae dioeceseos notario . 6 Septembris 1605 .

CLXVIII. **C**arta concessa per antedictum Willelmum Fullartoun de Ardo cum consensu praefati Alexandri Ramsay filii et haeredis quondam Alexandri Ramsay civis Civitatis Brechinensis Ballivis Consulibus et Communitati dictae Civitatis et eorum successoribus molendini granorum vocati lie littill mylne (No. CXXXVII), quod in hac carta ita designatum est; illa dua molendina granorum vulgo vocata lytill mylnis de Brechin cum astrictis multuris terrarum de Caldham jacentium ex orientali parte dictae Civitatis ac cum omnibus aliis astrictis multuris et aliis multuris et sequelis solitis et consuetis dictis molendinis incumbentibus nunc per Robertum Rollok et ejus tenentes occupata (jacentia) infra dictam Civitatem inter terras Gulielmi Bruce et ejus tenentium ad oriens lie Skynner Pottis dictae Civitatis ad austrum et hortum nunc Georgii Wricht ad occidens et communem plateam ejusdem Civitatis ad boream unacum petia illa terrae vocata the Dam Insche . Quae molendina dicto Willelmo Fullartoun alienata fuerant per dictum Alexandrum Ramsay juniorem absque ulla reversione . Data coram testibus Joanne Kynneir de Botheris Alexandro Fullartoun portionario de Crago Joanne Ramsay commissario Brechinensi . 31 Octobris 1605 .

CLXIX. **C**arta eorundem molendinorum concessa per antedictos Willelmum Fullartoun de Ardo et Alexandrum Ramsay juniorem cum consensu Alexandri Brechinensis episcopi domini superioris eorundem praedictis Ballivis Consulibus et Communitati coram his aliis testibus Dugallo Campbell decano Brechinensi [et] Jacobo Schewan cancellario Brechinensi . 31 Octobris et 14 Novembris 1605 . Apud Brechin et Findowrie .

CLXX. **G**ift by James VI. to Alexander Levingstoun lawful son to James Levingstoun of Caldem of the chaplainry of Caldem situated of old within the cathedral kirk of Brechin with the whole emoluments thereof, dated 13 June 1607.

Contract of sale of the mansions of the Chantor and Chancellor of Brechin to be an Hospital for the poor of said city.

CLXXI. **A**t Brechin the twentie day off Aprill the zeir of God M sex hundrethe and aucht zeiris, it is appointit contractit and aggreit betuix the pairties following. They ar to say the Ballies Counsall and Maister Hospitall of the said citie . . . on the ane pairt and Johne Schewane burges in Dundie and Marione Young his spous withe the consentis off maister Paull Fraser chantor of Brechine and James Schewane his brother chancellor thairoff his superioris of the landis respectiue efter specefeit on the wther pairt in maner . . . as followis That is to say the saidis Ballies and Counsall wnderstanding that our Souerane Lord hes erectit within thair citie ane hospitalitie for the ease and sustentatione off the edgit and puir placit and to be placit thairine and for

thair intertinement hes dottit and gewine to thame dyuerss rentis and benifices and they being cairfull to haiff ane speciall mansioun and residence to the saidis puir in all tyme cumming . . . Thairfoir thai haiff presentlie . . . payit to the said Johne Schewane and his spous . . . the sowme of        money of Scotland . . . For the quhilk sowme foirsaid the said Johne and his spous withe the consentis foirsaidis hes sauld . . . to the saids Ballies Counsall and Maister off Hospitall to be dedicat to the wse foirsaid All and hail the said Johne his tenement of land withe yard and pertinentis thairoff lyand on the wast syid off the said Citie betuix the tenement and zard off the cheplanrie off nomine Jesu at the wast the mansionis off the archden and chancellor off Brechine at the eist the comoun wennall and passag fra the kirk touardis the colledg at the southe and the comoun calsay at the northe Quhilk tenement sumtyme was the chantoris mansioun togidder alsua withe ane peice off wast zaird (No. CXLIII.) . . . The foirsaid tenement . . . to be hauldine be the foirsaid Bailies Counsall and Maister Hospitall for the tyme in name of the puir placit and to be placit in thair hospitalitie and to be reputit in all tyme cuming ane hospitall and mansioun for the puir and to be hauldine . . . off the chantor of Brechine for the tyme . . . for onlie payment off the soume of xxvi s. viii d. as few dewtie thairoff and the samen wttir peice of wast zard to be hauldine off the chancellor of Brechine for the tyme for onlie payment off thrie schillingis four pennyis Scottis monie . . . In witnes quhairoff we haff subscrivit thir presentis . . . befor thir witnessis Johne Ramsay commissar of Brechine Robert Low citiner in Brechine Mr. Alex<sup>r</sup>. Noray person of Ferne .

CLXXII. **C**arta concessa per antedictum Georgium Symmer seniore de Balzordie Joanni Mortimer et Helenae Symmer ejus conjugi illius tenementi terrae ante et retro (No. CLXV.) coram his testibus Georgio Symmer nepote suo et feoditario de Balzordie David Broun et David Skarr servitoribus suis . 1 Maii 1608 .

CLXXIII. **P**rocuratory of Resignation following thereon of same date.

CLXXIV. **P**rocuratory by Johne Schewane baillie of Dundie proceeding on the narrative of a contract entered into between him and Marioun Zoung his spouse, on the one part, with consent of Mr. Paull Fraser chantor of Brechine and James Schewane chancellor thereof his superiors in the lands underwritten, and the Baillies Council and Master of Hospital of the said City of Brechine, in name of the poor placed and to be placed in the hospital therof, on the other part, for resigning in the hands of the said chantor and chancellor of Brechine respectively his tenement of land with the yard and pertinents thereof (No. CLXXI.), together with a piece of waste yard (No. CXLIII.); and that in favour and for new infettment of the same to be given to the saids Baillies Council and Master of Hospital for the time; to be erected into an hospital for the poor placed and to be placed therein in all time coming: signed before these witnesses George Ferrear and Thomas Schewan baker citizens of Brechin and William Ramsay notary public the 4th and                      days of June 1608.

CLXXV. **C**arta concessa per antedictum Paulum Fraser praecentorem Brechinensem ejusdem mansionis suae praedictis Ballivis et Consulibus tanquam patronis dicti hospitalis . Reddendo inde annuatim summam viginti sex solidorum et octo denariorum monetae Scotiae tanquam pro antiqua firma feodifirmaria ejusdem mansionis . Data coram his testibus Joanne Ramsay commissario Brechinensi Jacobo Stratoun in Drumcarne Jacobo Fawvedles in Blairno Jacobo Johnsone in Glastorre (et) Willelmo Settone servitore ipsius Pauli Fraser . 17 et      Aprilis 1609 .

CLXXVI. **A**ssedation, granted by Robert Kynneir vicar of Brechin, with consent of Alexander bishop of Brechin, and of the dean canons and chapter thereof, to Johne Erskyne of Tayok, "as kyndlie and native taksman and possessour," and his next heir, during their respective lifetimes, and for the space of two periods of nineteen years after the death of the longest liver of them, of the small teinds, called the teind vicarage, emoluments and duties whatsoever of the vicarage of the town and lands of Tayok, with the pertinents thereof, lying within the parish of Brechin and sheriffdom of Forfar; the entry thereto being at the Ruid-day called Belyine in the year 16      for a certain grassome and the yearly tack duty of twenty shillings Scots money, as the old rental thereof; and setting also, for the said space, that croft of outfield land called of old the Kirk dor keyis, part of the patrimony of the said vicarage, but which had been possessed past memory of man by the heritors of Tayok, lying contiguous to the lands of Nevbigging at the east, the common market gait from Brechin to Montrose at the south, the lands of Puggistoun at the north and west, with the teind vicarage thereof,

for yearly payment of the tack duty of eight shillings money foresaid at the said feast of Ruid-day called Beltyin ; dated 16 .

CLXXVII. **P**rocuratory granted by Christiane Leslie daughter and heiress to the deceased Johne Leslie younger citizen of Brechin, and William Leslie in Auld Leslie her spouse, Patrik Leslie of Kincregie, George Leslie fiar of Kincregie her son, and Jhone Leslie in Baldeforro his brother, and Isobell Guthrie relict of the said deceased Johne Leslie, with consent of the said Patrik Leslie, George Barroun of Kynnard and Mr. James Guthrie minister at Orquhart, in implement of a contract entered into between them, on the one hand, and Johne Oudny in Ower Pitforthie as principal, and Thomas Liddell citizen of Brechin his cautioner, on the other, for resigning in the hands of the Baillies and Master of Hospital of Brechin these two tenements of land, lying contiguous to each other within the city of Brechin, in the Nether West Wynd thereof, betwixt the lands sometime pertaining to Alexander Moreis chaplain and now to James Clark on the east, the lands pertaining sometime to Johne Broun and now to Johne Languill on the west, the common calsay on the south, and the lands sometime pertaining to the deceased James Wat now to James Gardine on the north ; together also with that acre of arable land on the west side of the said city, in the Saidler Cruik, betwixt the lands called of old Valker's lands at the east, the lands of the Halche and Dubtoun at the south and north parts, and the other tenement of land after designed on the west part ; and also for resigning in the hands of Alexander Norie, son and heir of the deceased Mr Alexander Norie parson of Ferne, and his curators, that acre of land lying in the said Saidler Cruik, betwixt the foresaid other acre on the east, and the lands of Dubtoun and Halche

on the north south and west parts; and that in favour of the said Johne Oudny; Signed before these witnesses, Johne Leslie in Old Leslie, Walter Innes, there, William Symson, notary public, and Mr. William Forbes, minister at Lesly, 10 March, 1613.

CLXXVIII. **C**arta feodifirmae concessa per Ballivos et Consules Civitatis Brechinensis patronos pauperum in Hospitio, vulgo the Hospital, ejusdem Civitatis locatorum et locandorum, cum consensu magistri Alexandri Bissait verbi Dei ministri in ecclesia de Brechin necnon Magistri Hospitalis ejusdem, Joanni Languill civi dictae Civitatis illius horti olim mansionis praecentoris ecclesiae cathedralis Brechinensis (No. CLXXIV.) jacentis contigue ad eandem mansionem ex boreali latere ejusdem inter mansionem archidiaconi et hortos ejusdem olim magistro Thomae Ramsay commissario Brechinensi in feodifirma spectantes ad oriens et dictam mansionem praecentoris et terras et hortum olim capellani (altaris de) nomine Jesu spectantia et petiam horti canonicis cathedralis Brechinensis in communi spectantem ad austrum et occidens et venellam vocatam the Netherkirkwynd ejusdem Civitatis ad boream. Reddendo inde annuatim summam viginti solidorum monetae Scotiae. 19 Julii 1614.

CLXXIX. **I**nstrumentum saisinae super carta feodifirmae continente in se praecceptum saisinae concessa per magistrum Thomam Burnet archidiaconum Brechinensem cum consensu David episcopi Brechinensis decani capituli et canonicorum ejusdem ecclesiae Joanni Mortimer olim de Cragiwar et Helenae Symmer ejus conjugi eorumque alteri diutius viventi

in conjuncta infeodatione illius tenementi quod fuit olim mansio archidiaconi Brechinensis (No. CXL.) . Carta subscripta per dictos archidiaconum et episcopum J. Campbell decanum J. Wemss subdecanum Robertum Noray praecentorem Robertum Noray vicarium Thomam praepositum de Guthrie Al. Bissat rectorem de Kilmoir Joannem Noray thesaurarium J. Piggot rectorem de Lethnot L. Skynner cancellarium et Andream Allan rectorem de Phynnewin coram his testibus magistro Thoma Cargyll ministro ecclesiae de Caterlin Jacobo Vat lectore ecclesiae de Brechin magistro Colino Campbell ministro ecclesiae de Dundie et Roberto Stibbillis lectore ibidem et Joanne Noray scriptore 29 Aprilis 1623 . Saisina tradita per Thomam Liddell ballivum Civitatis antedictae et nominatum in dicto praecepto coram his ex aliis testibus Roberto Kynneir de Botheris David Noray et Joanne Tulloch mercatore civibus dictae Civitatis . Joanne Noray notario Brechinensis dioeceseos . 20 Junii 1623 .

CLXXX. **C**arta confirmationis sub testimonio magni sigilli cum avisamento Joannis comitis de Mar domini Erskein et Gareoch etc summi thesaurarii Scotiae ac domini Archibaldi Naper de Merchingstoun militis thesaurarii deputati dicti regni praedictae cartae concessae per dictum archidiaconum praefatis Joanni Mortimer ejusque conjugii; data coram his testibus Jacobo marchione de Hammiltoun comite Arraniae et de Cambridge domino Aven et Innerdaill etc. Willelmo Mariscalli comite domino Keith etc. Scotiae mariscallo domino Georgio Hay de Kin-fawnis milite cancellario Scotiae Thoma comite de Melros domino Bynning et Byris secretario regio dominis Ricardo Cokburne de Clerk-ingtoun secreti sigilli custode Joanne Hamiltoun de Magdalenis rotu-



lorum registri ac consilii clerico dicto Archibaldo Naper de Merchingstoun justiciariae clerico et Joanne Scott de Scotistarvett cancellariae direttore militibus . 24 Junii 1624 .

- CLXXXI. Carta continens in se praeceptum saisinae concessa per David Ramsay juniorem de Balmaine Joanni Moncur de Slaines terrarum de Coischno Auchtochter et Knokbank cum pertinentiis earundem quibuscunque jacentium infra baroniam de Mondynes parochiam de Fordoune et vicecomitatum de Kincardine; tenendarum de magistro Jacobo Sibbald de Kair rectore de Benholme et barone baroniae de Mondynes superiore earundem in feodifirma et haereditate in perpetuum . Reddendo inde annuatim praefato magistro Jacobo Sibbald et suis successoribus baronibus dictae baroniae summam octo librarum monetae Scotiae . Ballivo in praecepto nominato Gulielmo Grahame de
- . Data coram his testibus Joanne Collace feoditario de Balnamoon Roberto Middiltoune de Caldame Joanne Barclay de Johnstoun et Andrea Ramsay filio ipsius David Ramsay . 12 Martii 1625 .

- CLXXXII. Carta earundem terrarum in vitali reddito concessa per dictum Johannem Moncur Margaretae Collace suae conjugii pro renuntiatione in feodationis ipsi virtute matrimonii pro tempore suae vitae pertinentis villae et terrarum de Fawsyd et Brackie umbralis dimidietatis villae et terrarum de Blaklaws solaris dimidietatis villae et terrarum de Glasland solaris quartae partis de Fischerland alias nuncupat. Bredley cum piscaria alborum piscium iisdem terris incumbente tanquam principalium, necnon terrarum sibi concessarum, modo praedicto, in securitatem praefatarum terrarum, videlicet, villae et terrarum de Slaynes

terrarum de Kirkton de Kynneff cum maneriei loco et fortalicio earundem vocato Quhissilberrie cum molendino de Kynneff terris molendinariis multuris sequelis et pertinentiis earundem et cum piscatione alborum piscium iisdem incumbente jacentium in parochia de Kynneff infra vicecomitatum de Kyncardyne . Data coram his testibus Roberto Moncur fratre germano ipsius Johannis et Johanne Lindesay notario publico . 8 Aprilis 1625 .

CLXXXIII. **C**arta concessa per Georgium vicecomitem de Dupline dominum Hay de Kinfaunis cancellarium Scotiae, et Joannem comitem de Kingorne dominum Lyoun et Glames, proprietarios terrarum subscriptarum Joanni Cumyng de Kirkton de Aberlemno in vitali reddito binae partis terrarum de Hauch ac terrarum nuncupatarum lie Cunynghar landis jacentium ex boreali parte aquae de Esk et terrarum nuncupatarum lie Debaitabill landis jacentium inter terras de Barnzairdis et lie Hauch vulgo nuncupat. lie Westhauch cum lie outfield fauld spectan. lie Lowsie Law et mora adjacente dictis terris necnon croftae terrae adjacentis villae de Litill Merkhous ab antiquo vocatae lie Cottaris landis de Hauche cum omnibus et singulis manerierum locis domibus et pertinentiis quibuscunque terrarum praescriptarum jacentium in baronia de Forrest de Platan et infra vicecomitatum de Forfar, et Margaretae Scrymgeour sponsae dicti Joannis Cumyng etiam in vitali reddito equalis dimidietatis terrarum praescriptarum, et Joanni Cumyng ipsorum filio natu maximo haeredibus suis et assignatis haereditarie totarum terrarum praescriptarum; tenendarum in feodo et haereditate imperpetuum . Reddendo inde annuatim unum denarium monetae Scotiae . Data coram his testibus domino Andrea Fletcher de Inverpeffer milite magistro David Lindsay de Pitskandlie Georgio Lammie de Dunkeny et Adamo Keltie servitore cancellariae . 9 Februarii 1628 .

CLXXXIV. **P**rocuratory by Alexander Levingstoun .second lawful son to the deceased James Levingstoun of Caldham for resigning in the hands of the lords of secret council the foresaid chaplainry of Caldham (No. CLXX.) that a new provision thereto may be made in favour of the Bailies and Council of Brechin and their successors as patrons of the poor placed and to be placed in the hospital of Brechin, dated June 1628.

CLXXXV. **R**enunciation of the said chaplainry by the said Alexander Livingstoun in favour of the said Bailies and Council for behoof foresaid, 20th June 1628.

CLXXXVI. **P**raeceptum de clare constat per Johannem Owdny et Vilelmum Lyoun ballivos Civitatis Brechinensis et David Liddell magistrum hospitii ejusdem tanquam indubitatos patronos pauperum in dicto hospitio locatorum et locandorum ac tanquam pervenientes in loco et vice choristarum vicarii et capellanorum chori Brechinensis David Donaldsone mercatori civi Brechinensi ipsorum ballivo ut traderet saisinam illius tenementi terrae jacentis ex occidentali lat[ere] dictae Civitatis inter terras nobilis ad austrum, tenementum haeredum et successorum quondam Johannis Ferne ad occidentem, tenementum haeredum et successorum quondam Henrici Cob cum venella illa qua introitur ad dictum tenementum vocatum Valcaris land ad boream et communem plateam regiam dictae Civitatis ad orientem Andreae Watt pellioni haeredi quondam Andreae Watt mercatoris civis Civitatis Brechinensis sui patris . Tenendo dicto tenemento de ante-

dictis ballivis et magistro hospitii in capite pro annua solutione summae octo mercarum et decem solidorum monetae Scotiae . Sigillo commune novo dictae Civitatis huic praecepto appenso coram his testibus Johanne Dempster olim de Balrowny David Donaldsone mercatore Thoma Schewane et Georgio Neish ejus servitore 13 Octobris 1631 .

CLXXXVII. **C**arta concessa per antedictum Joannem Mortymer olim de Craigievar Jacobo Guthrie de Pitforthie haeredibus suis et assignatis illius tenementi terrae caduci et ruinosi quod fuit olim mansio Archidiaconorum ecclesiae Brechinensis (No. CXL.) coram testibus Jacobo Stratoun scriba signeto regio et magistro Georgio Stratoun ejus filio . 24 Februarii 1637 .

CLXXXVIII. **C**arta continens in se praeceptum saisinae concessa per Walterum Bowack calciarium burgensem burgi de Brechine et Margaretam Guthrie ejus conjugem cum consensu Praepositi Ballivorum Consulium et Magistri Hospitii dicti burgi magistro Alexandro Bisset verbi divini ministro in ecclesia de Brechine et Margaretae Fullartone ejus sponsae eorumque alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione et post eorum decessum pauperibus in dicto hospicio locatis et locandis haereditarie sub reversione et provisionibus in contractu prius inito inter illos contentis pro summa quadraginta mercarum monetae Scotiae, illius interioris tenementi terrae tam supra quam subtus cum horto et omnibus pertinentiis infra januam et clausuram ejusdem unacum etiam illa parte anterioris tenementi ex occidentali latere dictae januae vel clausurae occupata per dictos Walterum Bowack ejusque conjugem jacentis infra dictum burgum ex boreali latere vici seu venellae lie vocatae the Kirkwynd

inter tenementum quondam Johannis Leitch ad oriens, illum hortum ex antiquo Myrtones zaird nuncupatum et nunc ad Jacobum Watsone spectantem ad boream, tenementum quondam Jacobi Watt et nunc ad haeredes quondam Willelmi Bellie spectans ad occidentem, et dictam venellam ecclesiasticam et communem plateam dicti burgi ad austrum cum dicta clausura fonte domo brueria et eorum omnibus pertinentiis; tenendis dictis tenemento et parte tenementi praefatis Alexandro Bisset ejusque conjugii in conjuncta infeodatione et dictis pauperibus in dicto hospicio in feodo et haereditate imperpetuum. Reddendo inde annuatim praefatis Praeposito Ballivis Consulibus et Magistro Hospitii summam septem solidorum et sex denariorum monetae Scotiae. Ballivo in praeepto nominato Roberto Wat ballivo Brechinensi. Data coram his testibus Jacobo Inueraritie mercatore Roberto Skair pellione Johanne Adamsonne sutore burgensibus Brechinensibus et Johanne Alexander servo Johannis Lyndesay notarii publici. 29 Martii 1643.

CLXXXIX. **I**nstrumentum saisinae in favorem Jacobi Wischardt filii legitimi quondam magistri Jacobi Wysehart burgensis burgi de Montrose et quondam Agnetae Ramsay ejus conjugis et haeredis propinquioris quondam Thomae Ramsay notarii publici Brechinensis ipsius avunculi illius tenementi jacentis ex parte occidentali dicti burgi in vico vulgo vocato the Chanrie Wynd aliquando per Patricium Brokus doctorem scholae grammaticalis Brechinensis et postea per Jacobum Guild calcifactorem burgensem dicti burgi occupati et horti coram ostio praedictae domus jacentis ex orientali parte ejusdem acetiam orientalis dimidietatis horti australis incipiendo a fine alterius horti praedicti usque ad torrentem vulgo vocatum the Colledge Burne quemadmodum iidem ab occidentali dimidietate praedicti horti australis lapidibus infossatis et metis ex

omni parte dividuntur cum ulna terrae jacentis a tergo et ex occidentali parte praedictae domus usque ad caput praedicti horti australis unacum fundo lie Lachtstead domi ruinosae jacentis ex parte australi praedictae alterius domus usque ad caput praedicti horti; quae omnia jacent ex praedicto occidentali latere dicti burgi inter domum et hortos ad Margaretam Simmer sponsam David Burne fullonis in Cortoquhie et Susannam Simmer sponsam Alexandri Hill sartoris in Balvylow respective pertinentes ad occidens, torrentem vulgo the Colledge Burne ad austrum, hortum et domum ad haeredes quondam Joannis Milne pedelli spectantes ad oriens, et communem viam seu venellam quae ducit a collegio ad ecclesiam de Brechin ad boream; et illius superioritatis et feodifirmae illorum hortorum et domuum fundi comprehendentis in se tres rudas terrae pertinentes ad haeredes quondam Joannis et Valteri Milnes jacentis contigue horto praescripto ex orientali latere ejusdem . Tenendis tenementis hortis et superioritate suprascriptis pro annua solutione summae decem solidorum monetae Scotiae . Saisina tradita per Joannem Ouchterlounie praepositum Robertum Watt et David Skinner ballivos dicti burgi de Brechin superiores eorundem tenementorum hortorum et superioritatis in nomine Regis Caroli secundi virtute acti parliamenti coram his testibus Joanne Watt pellatore Roberto Stevinsone textore Jacobo Brokas et Henrico Roberti officariis . Joanne Watt clerico Brechinensis dioeceseos notario . 2 Martii 1649 .

CXC. **I**nstrument of sasine in favour of James Crichtone of Ruthvens following upon the resignation of John Skynner provost of Brechin, who has right to the tenement after mentioned by decreet of apprysing at his instance against Mr. James Nicolsons commissary of Brechin the former proprietor of the tenement of land with the yard and pertinents

called the archdeacons manse (No. CXL.) but here described as follows : lying within the said city betwixt the churchyard thereof at the south, the ministers yard at the west, the high street or common causeway of the said burgh at the north, and the lands of James Ramsay at the east. Sasine given by George Steill bailie of the said burgh in name of the Provost Bailies Council and Community thereof, superiors of the said tenement, before these witnesses, Patrick Brochouse doctor of the grammar school, Arthur Caltone burges of Brechine, John Coupar there, Henrie Rob and James Brockhouse town's officers of the said burgh. William Gray notary. 9 November 1660.

CXCI. **C**arta concessa per dictum Joannem Skinner cum consensu superscripti Jacobi Chrichtone de Ruthven ejusdem tenementi archidiaconi Brechinensis Andreae Allan magistro dicti hospitalis de Brechin et suis successoribus magistris dicti hospitalis, ad usum pauperum ejusdem hospitalis, coram his testibus Thoma Ogilvie de Litle Keathock, Gulielmo Gray de Haystoune, Gullielmo Luke, Georgio Steill et David Skinner ballivis dictae Civitatis Brechinensis . 31 Decembris 1663, et 25 Maii 1664 .

CXCII. **P**rocuratory granted by master David Carnegy at Fernall and dean and chaplain of the two chaplainries of Messendiw, on the narrative of the foresaid grants by King James VI. to the Bailies Council and Community of Brechin, for the use of the poor in the Hospital thereof, of all chaplainries altarages and prebends within the city of Brechin and its liberties with the emoluments thereof (No. CLIII.), for resigning the saids two chaplainries of Messendiw, belong-

ing to him in liferent by the demission of Alexander Carnegy now of Cookston his brother, in the hands of the saids Bailies and Council and their successors for behoof of the poor in the said Hospital. Signed before witnesses David Lord Bishop of Brechin, and Johne Spence clerk of the said city . 18 June 1666.

CXCIII. **I**nstrument of resignation of the foresaid tenement of land called the Archdeacon's Manse (No. CXC.), by Mr. John Strachan minister at Strachan and archdeacon of Brechin, superior of the said tenement, and the foresaid provost John Skinner, proprietor thereof, proceeding upon No. CXCI., for new infeftment thereof to be made in favour of the foresaid Andrew Allan, master of the said Hospital of Brechin, for behoof of the poor therein. Witnesses, James Watson glover, John Mill merchant, John Spence town-clerk of Brechin, notary. . 10 April 1667.

CXCIV. **C**arta qua dictus magister Joannes Strathauchin archidiaconus Brechinensis, cum consensu antedicti David episcopi ecclesiae Brechinensis decani capituli et canonicorum ejusdem, de novo dat praefato Andreae Allan magistro hospitalis ad usum suprascriptum idem tenementum; subscripta per dictos archidiaconum et episcopum, David Carnegy decanum, J. Guild praecentorem, Robertum Norie rectorem ecclesiae de Lethnot, Georgium Strachan praefectum de Guthrie, David Strachan thesaurarium, R. Stratone rectorem de Phinehaven, Herculem Skinner cancellarium . Testium nominibus non insertis . 11 Aprilis 1667 .



CXCV. Charter by Robert Laurie bishop of Brechin in favour of George Steill and John Jameson bailies thereof of those two tenements of land, with the malt kiln malt barns and two cobles and yards thereto adjoining, all lying contiguously within the burgh of Brechin at the north port thereof, and east side of the high street of the same burgh, bounded by the arable land pertaining to the heirs of the deceased John Ochterlony late provost of Brechin at the east, the high street of the said city at the west, the lands pertaining to Alexander Hendrie maltman at the north, and the yard pertaining to John Mathers armourer at the south parts; which lands formerly belonged to Laurence Dundas late bailie of Brechin, were apprized from him by Rory M'enzie advocate, assignee to Kenneth earl of Seaforth, for a debt of three thousand six hundred merks Scots money, and one hundred and twenty pounds of sheriff's fees, and disposed by the said Rory M'enzie to David Skinner bailie of Brechin and the saids George Steill and John Jameson; to be held of the Bishop in feufarm fee and heritage for ever, and for yearly payment of the original feuduty thereof. Signed before witnesses, John Skinner merchant burghess in Brechin, and the foresaid John Spence town-clerk thereof. 21 April 1674.

CXCVI. Instrument of sasine, proceeding upon disposition granted by John Mill merchant burghess of Brechin in favour of James Allan merchant and present master of the foresaid Hospital thereof, for behoof of the poor therein, of those three roods of land now made into houses and yards, lying upon the west side of the church and church yard, bounded by the church yard on the east, the brae or yard pertaining to Alexander Watt glover at the south, the said Alexander Watt's other lands

at the west, and the vennel passing from the church to the school at the north. Sasine given by John Jameson bailie of Brechin before witnesses. The said John Spence town-clerk of Brechin notary. 24th September 1674.

## APPENDIX II.



## APPENDIX II.

### CARTAE EPISCOPORUM BRECHINENSIIUM DE ECCLESIIS MONACHORUM DE ABERBROTHOC.

Carta Turpini episcopi Brechynensis de ecclesia de veteri Munros .

CXCVII. **V**niversis sancte matris ecclesie filiis clericis et laicis, Turpinus Dei gratia episcopus de Brechyn salutem . Sciant tam posteri quam presentes, nos dedisse et concessisse et hac carta nostra confirmasse Deo et ecclesie sancti Thome de Aberbrothoc et monachis ibidem Deo seruiantibus et seruituris, ecclesiam de veteri Munros tenendam in liberam et perpetuam elemosinam, cum terris et decimis et oblacionibus et omnibus iustis pertinenciis suis, ita libere quiete honorifice, sicut aliqua abbacia in toto regno Scotie melius, quietius liberius honorificentius possessiones suas et elemosinas tenet et possidet, saluis episcopalibus . Testibus . M. episcopo Aberdonensi, Archenb' abbate de Dunfermelyn, Priore de Brechyn . Andrea capellano de Brechyn . Roberto capellano regis, Hugone clerico regis, Ricardo de Prebenda, Ricardo de Aberbrothoc . (A.D. 1178-98.)

Confirmacio Radulphi episcopi Brechynensis de ecclesia de veteri Munros .

CXCVIII. **R**adulphus Dei gratia Brechynensis episcopus, vniversis sancte matris ecclesie filiis et fidelibus salutem in Domino . Sciant presentes et futuri nos dedisse et

concessisse et hac carta nostra confirmasse Deo et ecclesie sancti Thome martiris de Aberbrothoc et monachis ibidem Deo seruientibus et seruituris in liberam et puram et perpetuam elemosinam, ecclesiam de veteri Munros, cum capellis terris et decimis et oblacionibus et aliis omnibus ad eam iuste pertinentibus, nosque eosdem monachos in eadem ecclesia canonicè instituisse . Concessimus etiam prefatis monachis, vt predictæ ecclesie redditus et prouentus vniuersos ad suam sustentacionem in vsus proprios conuertant, et pacifice et libere plenarie et honorifice possideant, et vt liceat eis capellanum vel clericum in eadem constituere, saluis episcopalibus . Testibus Wydone abbate de Lundsors, Gregorio archidiacono nostro, Willelmo de Boscho cancellario domini Regis, Petro capellano nostro, Andrea de Brechyn, Mallebryd Priore de Brechyn, Alexandro de Mouhaut, Roberto filio Edgari et T. filio eius . (A.D. 1202-18.)

Confirmacio Hugonis episcopi Brechynensis de ecclesia de veteri Munros .

CXCIX. Testibus Willelmo de Boscho cancellario domini Regis, Gregorio archidiacono nostro, Mallebryd Priore Keledeorum nostrorum . Alexandro de Mohaut clerico nostro . Magistro Symone de Sancto Andrea, Petro, Willelmo capellanis nostris et capitulo nostro . (c. 1218.)

Confirmacio Gregorii episcopi Brechinensis de ecclesia de veteri Munros .

CC. Testibus domino Bricio episcopo Morauienti, domino Willelmo de Boscho cancellario, Malbrido Priore Keledeorum nostrorum . Magistro Henrico de Norham officiali nostro, Freskyno Morauientis ecclesie decano, Magistro Henrico et Hugone de Duueglas clericis domini episcopi Morauientis, Magistro Henrico de Monros et Willelmo capellanis . (A.D. 1218 -22.)

Confirmacio Turpini episcopi de ecclesia de Kateryn .

CCI. Turpinus Dei gratia Brechynensis episcopus, vniuersis sancte matris ecclesie filiis et fidelibus, salutem perpetuam in Domino . Sciant presentes et futuri nos dedisse et concessisse et episcopali auctoritate et hac presenti carta nostra

confirmasse, Deo et ecclesie sancti Thome martiris de Aberbrothoc et monachis ibidem Deo seruiantibus et seruituris, in liberam et puram et perpetuam elemosinam, ecclesiam de Cateryn cum terris et decimis et oblacionibus et cum omnibus aliis iustis pertinenciis suis . Concessimus etiam prefatis monachis vt predictae ecclesie redditus et prouentus vniuersos, in vsus proprios et eorum sustentacionem conuertant, ita libere et quiete plenarie et honorifice; sicut aliqui viri religiosi aliquid ecclesiasticum beneficium in toto regno Scotie liberius quicquid plenius et honorificentius tenent et possident, saluis episcopalibus . Hiis testibus . Gregorio archidiacono nostro, et Matheo decano de Brechyn . Andrea presbitero et magistro Ysaac de Brechyn, Roberto abbate de Scone, Wydone abbate de Lundors . Symone decano de Perth . A. persona de Forgrund, Michaele clerico de Thanetheis, Johanne de Hasting, Willelmo de Haya, W. de Montfort, Humfrido de Berkeley . (A.D. 1178-98.)

De ecclesia de Dunnechtyn .

CCII. Radulphus Dei gratia Brechynensis episcopus vniuersis sancte matris ecclesie filiis et fidelibus, salutem in Domino perpetuam . Sciant presentes et futuri nos dedisse concessisse et hac carta nostra confirmasse Deo et ecclesie sancti Thome martiris de Abirbrothoc et monachis ibidem Deo seruiantibus et seruituris in liberam et puram et perpetuam elemosinam ecclesiam de Dunnechtyn cum capellis et terris et decimis, et oblacionibus et omnibus aliis ad eam iuste pertinentibus, nosque eosdem monachos in eadem ecclesia canonice instituisse . Concessimus etiam prefatis monachis vt prefate ecclesie redditus et prouentus vniuersos ad suam sustentacionem in vsus proprios conuertant, et pacifice libere plenarie et honorifice possideant . Et vt liceat eis capellanum vel clericum in eadem ecclesia constituere saluis episcopalibus . Testibus Wydone abbate de Lundors, Gregorio archidiacono nostro, Willelmo de Boscho cancellario domini Regis, Hugone de sigillo, Petro capellano nostro, Andrea de Brechyn, Mallebryd Priore de Brechyn, Alexandro de Mouhaut, Roberto filio Edgari et T. filio eius . (A.D. 1211-18.)

CCIII. In simili modo, per singulas cartas, de ecclesiis de Kingoldrum, Panbryd, Moniekyn, Kateryn, et Gutheryn . Testibus iisdem .

Confirmatio Turpini episcopi Brechynensis de omnibus ecclesiis .

CCIV. Turpinus Dei gratia Brechynensis episcopus, vniuersis sancte matris ecclesie filiis et fidelibus, perpetuam salutem in Domino . Sciant presentes et futuri nos dedisse et concessisse et episcopali auctoritate et hac presenti carta nostra confirmasse Deo et ecclesie sancti Thome martiris de Abirbrothoc, et monachis ibidem Deo seruientibus et seruituris ; in liberam et puram et perpetuam elemosinam ecclesiam de veteri Monros, et ecclesiam de Dunnechtyn, et ecclesiam de Kingoldrum, et ecclesiam de Panbryd, et ecclesiam de Moniekyn cum capellis et terris et decimis et oblacionibus, cum omnibus aliis iustis pertinenciis suis . Concessimus etiam prefatis monachis vt predictarum ecclesiarum redditus et proventus vniuersos in vsus proprios, et in eorum sustentacionem conuertant . Quare volumus vt memorati monachi pretaxatas ecclesias cum capellis et terris et decimis et omnibus aliis rectitudinibus ad easdem ecclesias iuste pertinentibus teneant et possideant ad vsus proprios ita libere et quiete plenarie et honorifice, sicut aliqui viri religiosi aliquod ecclesiasticum beneficium in toto regno Scotie liberius quociens plenius et honorificentius tenent et possident . Et liceat eis capellanos quos voluerint in eisdem ecclesiis constituere saluis episcopalibus . Hiis testibus . Gregorio archidiacono, Matheo decano de Brechyn . Andrea persona, Magistro Ysaac de Brechyn, Roberto abbate de Scona, Wydone abbate de Lundors, Symone decano de Perth . A. persona de Forgrund, Michaele clerico de Than., Johanne de Hasting, W. de Haya, W. de Montfort Humfrido de Berkelay . (A.D. 1178-98.)

Confirmatio Radulphi episcopi Brechynensis de omnibus ecclesiis .

CCV. Testibus Gwydone abbate de Lundors, Gregorio archidiacono nostro, Willelmo officiali nostro, Matheo decano nostro, et Andrea de Brechyn, Alexandro de Mohaut, et Magistro Ysaac, clericis nostris, Johanne de Munfort, David de



Haia, et Roberto de Haia fratre eius, Roberto filio Eadgari, et Thoma filio eius . (A.D. 1198-1218.)

Confirmatio capituli Brechinensis de ecclesiis .

CCVI. **V**niuersis sancte matris ecclesie filiis M. prior, et Keledei, ceterique clerici de capitulo Brechynensis ecclesie salutem vniuersitati vestre notum facimus, Nos donaciones et concessionones ecclesiarum Deo et monasterio beati Thome martiris de Abirbrothoc et monachis ibidem Deo seruiantibus et seruituris, a felicis memorie Turpino et Radulpho Brechynensis ecclesie episcopis canonicè collatas, ratas et gratas habere, et eisdem donacionibus et concessionibus, sicut in eorum cartis liberius quicquid plenius et honorificentius continentur, consilium prebere et assensum . Et in huius rei testimonium presenti scripto sigillum ecclesie nostre dignum duximus apponendum . Testibus G. archidiacono, Hugone de sigillo, Matheo decano, Andrea capellano, Petro capellano, Ranulpho capellano de Maringtona, Adam Blundo et Roberto clerico filio Ade senescalli . (A.D. 1212-18.)

Confirmatio Hugonis episcopi Brechynensis de omnibus ecclesiis .

CCVII. **H**ugo Dei gratia Brechynensis episcopus vniuersis sancte matris ecclesie filiis eternam in Domino salutem . Vniuersitati vestre notum fieri volumus nos concessisse et hac presenti carta nostra confirmasse Deo et ecclesie Sancti Thome martiris de Aberbrothoc et monachis ibidem Deo seruiantibus et seruituris in liberam et puram et perpetuam elemosinam, ecclesiam de veteri Munros, ecclesiam de Dunnechtyn, ecclesiam de Kingoldrum, ecclesiam de Panbryd, ecclesiam de Moniekyn, ecclesiam de Gutheryn, ecclesiam de Kateryn cum capellis et terris et obuencionibus omnibus ad predictas ecclesias iuste pertinentibus . Concessimus eciam prefatis monachis vt predictarum ecclesiarum redditus et prouentus vniuersos ad eorum sustentacionem in vsu proprios conuertant et libere et pacifice plenarie et honorificè teneant et possideant, sicut in bone memorie R. predecessoris nostri carta continetur . Et vt liceat

eisdem monachis capellanos suos in eisdem ecclesiis constituere, saluis episcopalis . Testibus Roberto electo Rossensi, Gwydone abbate de Lundors, Willelmo abbate de Scone, Willelmo de Boscho cancellario domini Regis, Gregorio archidiacono nostro, Mallebryd Priore Keledeorum nostrorum, Alexandro de Mohaut clerico nostro, Magistro Symone de Sancto Andrea, Roberto capellano nostro, et toto capitulo nostro . (c. 1218.)

Carta Radulphi episcopi Brechinensis de procuracionibus faciendis .

CCVIII. **U**niuersis sancte matris ecclesie filiis tam presentibus quam futuris R. Dei gratia Brechynensis episcopus salutem in salutis auctore . Conuenerunt nos abbas et monachi Sancti Thome martiris de Aberbrothoc, ostendentes quod ad quasdam ecclesias eorum scilicet ecclesiam de Maringtona, ecclesiam de Guthery, ecclesiam de Panbryd, ecclesiam de Monieky, ecclesiam de Dunnechtyn sitas in diocesi nostra, nobis causa visitacionis venientibus, in procuracione nostra facienda, tam honeste vt deceret seruire non possent, cum propter domorum penuriam, tum propter alias quas assignabant rationes . Postulabant igitur a nobis vt predictarum ecclesiarum procuraciones eis remitteremus, ita vt cum ad aliquam illarum visitandam accederemus ; nulla ibi procuracione exacta, ad domum suam de Aberbrothoc procuracionem nostram accepturi veniremus, cum quare de prefatis ecclesiis, post expletum ministerium nostrum ad abbaciam prope quam site sunt, sine omni difficultate pateret accessius, tum quare ibi possent nobis vberius et honestius in procuracione nostra facienda seruire . Nos itaque predictae domus de Aberbrothoc quam sincera caritate diligimus vtilitati et honori modis omnibus prouidere cupientes abbati et monachis eiusdem loci omnium ecclesiarum prenominatarum procuracionis exactionem penes easdem ecclesias, communicato consilio clericorum nostrorum caritatis intuitu omnino remisimus ita vt earundem ecclesiarum procuraciones apud Aberbrothoc nobis honorifice exhibeantur . Vt autem hec concessio nostra rata et inconcussa futuris temporibus habeatur ; eam hac carta nostra confirmauimus et sigilli nostri appositione roboramus . Testibus Gregorio archidiacono, Willelmo capellano, Andrea capellano de Brechin, Matheo decano, Petro capellano

nostro, Mallebryd Priore Keledeorum de Brechin, Willelmo de Kerneil persona de Dundee, Henrico capellano de Munros . (a. 1214.)

Confirmatio capituli Brechinensis de procuracionibus faciendis .

CCIX. Uniuersis sancte matris ecclesie filiis . M. Prior, et Keledei, ceterique de capitulo Brechynensis ecclesie salutem . Sit vniuersitati vestre notum, Radulphum Dei gratia Brechynensem episcopum, consilio nostro et assensu, monachis de Aberbrothoc caritatis intuitu concessisse, vt quandocumque ad quasdam ecclesias eorum, in diocesi eius sitas, visitandas ex officio venerit, videlicet ad ecclesiam de Marigtona, vel ad ecclesiam de Gutheryn, vel ad ecclesiam de Panbryd, vel ad ecclesiam de Moniekyn, vel ad ecclesiam de Dunechtyn, ad nullam earum hospitalitatis ei exhibeatur procuracio, sed tantum ad abbaciam, vbi hoc honestius et decencius fieri potest . Nos etiam concessionem istam sicut in carta predictorum monachorum melius continetur omnino ratam et gratam habemus . Et in huius rei testimonium, presenti scripto ecclesie nostre sigillum dignum duximus apponendum . Teste capituli nostri vniuersitate . (a. 1214.)

Confirmatio Hugonis episcopi Brechinensis de procuracionibus faciendis .

CCX. Hiis testibus domino Willelmo de Boscho cancellario domini regis, Gregorio archidiacono nostro, Magistro Symone de Sancto Andrea, Andrea persona de Brechyn, magistro Alexandro de Mouhaut, Mallebryd Priore Keledeorum nostrorum, Roberto, Petro, et Willelmo, capellanis nostris et capitulo nostro . (c. 1218.)

Confirmatio Gregorii episcopi Brechinensis de procuracionibus faciendis .

CCXI. Gregorius Dei gratia Brechynensis episcopus, omnibus sancte matris ecclesie filiis et fidelibus eternam in domino salutem . Nouerit vniuersitas vestra nos bone memorie Radulphi et Hugonis predecessorum nostrorum Brechynensium episcoporum pia imitantes vestigia, caritatis intuitu et communi capituli nostri

consilio et assensu concessisse et hac carta nostra confirmasse abbati et conuentui Sancti Thome martiris, fratribus nostris in Christo dilectis, quod cum ad quasdam eorum ecclesias videlicet de Marigtona et de Gutheryn et de Panbryd et de Monieky et de Dunnechtyn visitacionis causa ex officio nostro venerimus, remissa penes easdem ecclesias procuracione nobis vel officialibus nostris debita, ad ipsam abbatiam de Aberbrothoc ad procuraciones nostras recipiendum, accedimus, vbi honestius et decencius nobis et nostris poterit seruire . Et vt hec concessio nostra rata et inconcussa futuris temporibus habeatur ; eam sicut supradicti predecessores nostri plenius fecerunt sigilli nostri appositione, dignum duximus roborandam . Testibus domino Bricio Morauisiensi episcopo, Willelmo de Boscho cancellario, Mallebryd Priore Keledeorum nostrorum, magistro Henrico de Norham officiali nostro, Freskyno Morauiensis ecclesie decano, magistro Henrico et Hugone de Duueglas clericis domini episcopi Morauiensis, magistro Henrico et Willelmo capellanis nostris et toto capitulo nostro . (A.D. 1218-22.)

Compositio facta inter ecclesiam Brechynensem et monasterium de Aberbrothoc tempore Albini episcopi .

CCXII. Omnibus Christi fidelibus ad quorum noticiam hoc presens scriptum peruenit, Albinus permissione diuina Brechynensis episcopus, et Willelmus decanus, necnon et capitulum eiusdem loci salutem in Domino . Nouerit vniuersitas vestra, quod cum orta esset contencio inter nos et ecclesiam nostram ex vna parte, et abbatem et monachos de Aberbrothoc et eorum monasterium ex altera, auctoritate apostolica coram viris venerabilibus et discretis, Decano et Archidiacono Glasguensi, super ecclesia de Marigtona, de Dunnechtyn, de Panbryd, de Monieky, de Kingoldrum et de Katerryn, et cum esset aliquamdiu coram predictis iudicibus super predictis ecclesiis in causa processum ; tandem post multas altercationes et labores hinc inde habitos inter nos et ecclesiam nostram et dictos abbatem et conuentum et eorum monasterium de Abirbrothoc ; talis amicabile compositio interuenit super predictis, videlicet quod nos et ecclesia nostra pro nobis et successoribus nostris omni iuri quod habebamus vel habemus vel habere credebamus vel habere poterimus in supradictis

ecclesiis renunciauimus et quietum clamauimus Deo et monasterio de Abirbrothoc et monachis ibidem Deo seruiantibus et seruituris in perpetuum, saluis episcopalibus . Volumus eciam et concedimus, bona fide firmiter promittentes, quod si aliqua instrumenta apud nos vel successores nostros sint vel inueniri poterint Pontificum Regum Principum seu aliquorum aliorum, quorum instrumentorum auctoritate vel tenore dicti monachi vel eorum monasterium possint conueniri super predictis; vel vexari; omni careant robore firmitatis, et pro cancellatis et viribus vacuis, et pro nullis penitus contra predictos Abbatem et conuentum et eorum monasterium in perpetuum habeantur . Renunciauimus insuper omnibus litteris impetratis a sede apostolica ex parte nostra, et etiam impetrandis, contra predictos monachos et eorum monasterium . Dicti monachi autem pro bono pacis et in recompensationem lesionis ecclesie nostre si in aliquo lesa fuerit in hac parte, et in recompensationem vexacionum et expensarum dederunt nobis et capitulo nostro de Brechyn terram suam de Marigtona cum piscaria et molendino et ductu aque et decima illius terre, et cum omnibus libertatibus et aisiamentis ad prefatam terram iuste pertinentibus, retenta predictis monachis regalitate in predicta terra in perpetuum, et salua sibi ecclesia de Marigtona cum iure patronatus eiusdem in omnibus ita quod nos vel aliquis successorum nostrorum occasione huius collacionis nullum ius in predicta ecclesia de Marigtona nobis valeamus de cetero vindicare . Dederunt insuper nobis et ecclesie de Brechyn decimas garbarum ville de Bondigtona in predicta parochia sitas, ita quod nos et successores nostri et capitulum nostrum, vnum capellanum in dicta ecclesia de Marigtona de beata virgine Maria et pro defunctis celebrantem, in perpetuum inueniemus, et dicti monachi nobis et successoribus nostris et capitulo in subsidium sustentacionis dicti capellani annuatim viginti solidos persoluent . Et si forte quod absit contigerit, quod nos et ecclesia nostra vel successores nostri, nomine eiusdem ecclesie, coram quocunque iudice vel quibuscunque iudicibus ordinariis seu eciam delegatis, eosdem abbatem et conuentum et eorum monasterium super predictis ecclesiis in causa traxerimus, seu eciam contra eosdem super eisdem aliquo modo mouerimus questionem; nos et ecclesia nostra et successores nostri tenemur per presentem cartam bona fide, sine dolo et fraude et omni cauillatione, obligati predictis

abbati et conuentui et eorum monasterio integre restituere predictas terram et decimas cum fructibus inde perceptis a tempore compositionis ante omnem ingressum litis, coram quocunque iudice vel quibuscunque iudicibus, vt iam dictum est . Et vt ista pacis reformacio perpetuis temporibus robur optineat firmitatis ; huic scripto sigilla nostra fecimus apponi, et insuper ad maiorem securitatem omnes subscripsimus . Actum anno gratie, millesimo ducentesimo quadragésimo octauo, mense Septembris, x<sup>o</sup> kalendas Octobris .

Ordinacio Albini episcopi Brechynensis super vicariis dicte diocesis .

CCXIII. Omnibus hoc scriptum visuris vel audituris, Albinus Dei gratia episcopus Brechynensis eternam in Domino salutem . Cum ex officii nostri debito ad diuini cultus augmentum teneamur totis viribus aspirare, et paci et tranquillitati religiosorum prouidere ; vt a curis et tumultibus secularibus segregati, liberius uacent contemplacioni ; Nouerit vniuersitas vestra nos bone memorie predecessorum nostrorum Turpini Radulphi Hugonis et Gregorii uestigiis inherentes de communi consensu et assensu capituli nostri ratas et gratas habere et hac carta nostra confirmare donaciones et concessiones ecclesiarum videlicet de Kyngoldrum, de Monieky, de Panbryd, de Dunnechtyn, de Maritona, de Katerlyn, a predecessoribus nostris factas Deo et monasterio de Abirbrothoc et monachis ibidem Deo seruiantibus et seruituris, in liberam puram et perpetuam elemosinam, cum terris decimis, et obuencionibus uniuersis et omnibus aliis pertinenciis suis, ita vt predictarum ecclesiarum redditus et prouentus uniuersos in vsus proprios ad eorum sustentacionem conuertant in perpetuum . Quare volumus vt memorati monachi dictas ecclesias, cum terris, decimis et vniuersis obuencionibus et omnibus aliis pertinenciis suis habeant teneant et possideant, adeo libere quiete plenarie et honorifice sicut aliqui viri religiosi in toto regno Scotie aliquas ecclesias liberius quocius plenius et honorificentius tenent et possident, saluis nobis et successoribus nostris episcopalibus, et salua honesta et competenti sustentacione vicariorum qui pro tempore fuerint in dictis ecclesiis ministrantes, prout inferius expressius declaratur . Et liceat prefatis monachis personas ydoneas ad dictarum ecclesiarum vicarias cum

vacauerint episcopo presentare, et eodem cum ab eodem episcopo admissae fuerint et commendate, in eisdem ecclesiis instituantur. Et ne in posterum super taxatione sustentationum vicariorum inter nos et successores nostros et dictos monachos dissensio possit suboriri; vicarias dictarum ecclesiarum taliter duximus taxandas. Videlicet vicariam de Kingoldrum in decem libris, vicariam de Monieky in decem libris, vicariam de Panbryd in decem libris, qui vero vicarii episcopum archidiaconum et decanum procurabunt. In ecclesia autem de Katerryn propter tenuitatem et paupertatem personatus, arbitrio et voluntati episcopi relinquatur, si velit procuracionem a vicario exigere. Ita videlicet quod si alteragium dictarum ecclesiarum sufficiat ad dictam quantitatem; vicarii eodem sint contenti. Si vero non suffecerit, prefati monachi usque ad dictam summam defectum supplebunt. Et si alteragium dictam quantitatem excesserit; vicarii dictis monachis de superhabundanti respondebunt. In cuius rei testimonium et maiorem securitatem in posterum, presenti scripto sigillum nostrum fecimus apponi. Teste capitulo. Anno Domini millesimo ducentesimo quadragesimo octauo, mense Septembris, decimo kalendarum Octobris.

Confirmacio capituli Brechinensis de ecclesiis dicte diocesis.

CCXIV. Omnibus Christi fidelibus presens scriptum visuris vel auditoris, Willelmus decanus et capitulum Brechynen., eternam in Domino salutem. Nouerit vniuersitas vestra nos de communi consensu et assensu totius capituli nostri ratas et gratas habere et hac carta nostra confirmare donaciones concessionones et confirmaciones ecclesiarum videlicet de Kingoldrum, de Monieky, de Panbryd, de Dunnechtyn et de Katerryn, a venerabilibus patribus, Turpino, Radulpho, Hugone, Gregorio et Albino factas Deo et monasterio de Abirbrothoc et monachis ibidem [Deo] seruientibus et seruituris, prout in ipsorum instrumentis inde confectis, plenius continetur, in liberam, puram et perpetuam elemosinam, cum terris, decimis, et obuencionibus vniuersis et omnibus aliis pertinentiis suis, adeo libere quiete plenarie et honorifice, sicut aliqui viri religiosi in toto regno Scocie aliquas ecclesias liberius quociens plenius et honorificentius tenent et possident. Ita vt memorati monachi dictarum ecclesiarum redditus et proventus vniuersos habeant et possideant in vsus proprios et ad

eorum sustentacionem conuertant in perpetuum . Taxaciones autem vicariarum dictarum ecclesiarum a predicto venerabili patre nostro Albino episcopo, factas, ratas et gratas de vnanimi consensu capituli nostri habemus . In cuius rei testimonium sigillum capituli nostri huic scripto dignum duximus apponendum et ad maiorem securitatem omnes subscripsimus . Actum anno gratie millesimo ducentesimo quadagesimo octauo, mense Septembris, decimo kalendarum Octobris .

Compositio facta inter ecclesiam Brechynensem et monasterium de Aberbrothoc tempore Johannis episcopi .

CCXV. Vniuersis presentes litteras inspecturis Willelmus de Lambertona miseracione diuina ecclesie Sancti Andree minister humilis, salutem in Domino sempiternam . Cum inter venerabiles patres episcopos Brechynenses successive et capitulum eiusdem loci ex parte vna, et religiosos viros abbates de Abirbrothoc nostre diocesis et conuentum eiusdem loci, super ecclesiis de Panbryd, de Dunechtyn, Monieky, Kyngoldrum, Marigtona et Katerlyn Brechynensis diocesis ex altera, questio mota fuisset, ac lis super eisdem tam in regno Scocie, quam in curia Romana diucius ventilata, tandem venerabilis pater dominus Johannes de Kinimunth Dei gratia episcopus Brechynensis de expresso et vnanimi consensu et assensu capituli sui memorati, ac religiosus vir dominus Johannes Dei gratia abbas monasterii de Abirbrothoc de expresso et vnanimi consensu et assensu tocius conuentus monasterii sui predicti, habito prius super hoc frequenti sollempni ac diligenti tractatu ex vtraque parte, pacem et tranquillitatem ecclesie Brechynensis ac monasterii de Abirbrothoc supradictorum affectantes, et litium euentus dubios fore et incertos tam provide quam vtiliter attendentes, in nos tanquam in arbitratorem et amicabilem compositorem, et tocius questionis ac negocii predicti diffinitorem compromiserunt, submittendo se ordinacioni et diffinicioni nostre alte et basse in premissis, et promittendo prestituto iuramento ad sacra Dei euangelia quod ordinacionem et diffinicionem nostram gratanter acceptabunt et fideliter obseruabunt, nec contra eandem aliquibus temporibus futuris per se vel per alios clam vel palam quoquo modo venient vel ipsam infringent, aut infringi procurabunt Nos vero Willelmus



ecclesie Sancti Andree minister supradictus considerantes opus esse caritatis, discordantes ad concordiam reducere, et lites diucius magnis sumptibus et laboribus agitatas, per viam pacis dirimere, huiusmodi compromissum et submissionem pro partium predictarum pace et tranquillitate ac euidenti vtilitate duximus admittendum . Vnde predictae cause meritis diligenter pensatis, ac super eadem deliberacione diligenti habita cum peritis, predictam causam diffinimus, et diffiniendo in forma que sequitur ordinamus . Videlicet quod ecclesia Brechynensis habeat teneat et possideat plene libere et integre in perpetuum ecclesiam de Katerlyn et ecclesiam de Marigtona cum terris et decimis predicti loci de Marigtona quas tenuerunt episcopi Brechynenses ante huiusmodi ordinacionem nostram, vna cum omnibus terris et decimis tam maioribus quam minoribus ad predictam ecclesiam de Marigtona pertinentibus seu in futurum pertinere valentibus et terram de Ysakistona cum suis rectis diuisis ac omnibus iustis pertinenciis et libertatibus quibus dicti religiosi eandem tempore pacifico tenuerunt, quamquidem terram ecclesie Brechynensis securam facient, et in perpetuum warentizabunt, et quadraginta denarios sterlingorum annue pensionis in ecclesia de Dunnechtyn predicta in festo beati Martini in hyeme in perpetuum percipiendos . Et etiam quod habeat exnunc libere pleno iure colacionem vicariarum ecclesiarum de Panbryd, de Kyngoldrum, de Monieky et de Dunnechtyn, vicariis earundem ecclesiarum nunc existentibus, cedentibus decedentibus vel alia legitima causa amotis . Ita tamen quod ipsi abbas et conuentus predictas ecclesias reparabunt et competenter ornabunt . Et ad minus in vnaquaque ipsarum vnum vestimentum sacerdotale competens, cum calice et missali sufficientibus, iuxta statum ecclesie cuiuslibet, ponant et dimittant . Et si postmodum in eisdem vel in aliqua ipsarum aliqua fuerint emendanda vel supplenda ; per ipsos vicarios si modica fuerint ; alioquin, ab ipsis religiosis pro duabus partibus, et a vicariis pro tercia parte suppleantur et reparentur . Et si forsitan aliquis vicarius de predictis ecclesiis, sue porcionis ex causa sufficienti petierit augmentacionem ; non licebit domino Brechynensi episcopo qui pro tempore fuerit, alicuius vicarii porcionem vltra decem libras sterlingorum augmentare . Illos vero vicarios quorum porciones vsque ad decem libras taxate fuerint ; ad omnia onera ordinaria persoluenda volumus obligari, excepta reparacione ecclesie in forma superius expressa . Vicarii autem in predictis ecclesiis

nunc existentes, hac ordinacione nostra non obstante, porcionibus nunc habitis, temporibus suis sint contenti . Preterea ordinando diffinimus et diffiniendo ordinamus, quod abbas et conuentus monasterii de Aberbrothoc predicti habeant teneant et possideant, libere quiete et pacifice, rectorias seu personatus ecclesiarum predictarum de Panbryd, Monieky, Kyngoldrum, et de Dunnechtyn, in perpetuum absque aliquo ordinario onere, salua tamen episcopo Brechynensi qui pro tempore fuerit iurisdictione racione dictarum rectoriarum siue personatum sibi de iure competente statuto vel consuetudine . Item ordinamus et ordinando diffinimus, quod omnes carte et instrumenta, si quas vel que habet ecclesia Brechynensis memorata, que sibi plus iuris tribuunt in quatuor rectoriis superius nominatis quam in huiusmodi ordinacione nostra exprimitur, et versa vice, si predicti abbas et conuentus aliqua habeant instrumenta, que eis plus iuris tribuunt in ecclesiis de Katerlyn, et de Marigtona ac terris et decimis earundem superius expressis, quam in huiusmodi ordinacione continetur ; de cetero nullius sint roboris aut firmitatis . Insuper ordinamus et ordinando diffinimus, quod partes memorate contra huiusmodi ordinacionem nostram, nullis futuris temporibus directe vel indirecte venire presumant, sed eam diligenter firmiter ac fideliter pro toto posse suo in virtute iuramenti prestiti obseruent, sub pena mille librarum sterlingorum camere domini pape a parte contra presentem ordinacionem seu diffinicionem veniente, in subsidium terre sancte soluendarum . Et nichilominus si aliquis episcopus Brechynensis qui pro tempore fuerit, contra ipsam ordinacionem seu diffinicionem venerit, seu ad aliquem actum ad hoc ordinatum, cum effectu procedendo, venire attemptauerit ; liceat abbati monasterii de Aberbrothoc predicti, omnes possessiones redditus atque iura, per hanc ordinacionem seu diffinicionem nostram ecclesie Brechynensis de nouo assignata, per se vel alium quemcunque auctoritate propria, libere et sine impedimento quocunque ingredi ac occupare, et etiam de eisdem libere disponere, prout ante hanc ordinacionem nostram seu diffinicionem, disponere consuevit, nullius penitus licencia petita vel optenta . Preterea diffiniendo ordinamus, et ordinando diffinimus, quod partes predictae, hanc nostram ordinacionem seu diffinicionem sumptibus communibus quam cito poterunt, per sedem apostolicam specialiter confirmari procurent . Partes vero predictae premissis omnibus coram ipsis lectis et diligenter recitatis ; ea omnia et singula acceptauerunt laudauere-

runt et approbauerunt . Et etiam ad ipsorum omnium et singulorum obseruationem in perpetuum sub penis premissis in virtute iuramenti prestiti, se specialiter obligauerunt et expresse . In quorum omnium testimonium huic ordinationi penes ecclesiam Brechynensem in perpetuum remanenti, sigillum nostrum vna cum sigillo communi monasterii predicti fecimus apponi . Et eidem ordinationi nostre penes supradictum monasterium in perpetuum residenti, sigillum nostrum vna cum sigillo venerabilis patris domini Johannis Dei gratia Brechynensis episcopi supradicti et communi sigillo capituli Brechynensis est appensum . Actum et ordinatum ac diffinitum in capitulo monasterii de Abirbrothoc vicesimo primo die Octobris . Anno gratie millesimo trecentesimo quarto .

Confirmatio Turpini episcopi de Brechin de decima retis .

CCXVI. Turpinus Dei gratia episcopus de Brechin, vniuersis sancte matris ecclesie filiis salutem in Christo . Sciant presentes et futuri nos dedisse et concessisse et hac carta nostra confirmasse Deo et ecclesie Sancti Thome martiris de Aberbrothoc et monachis ibidem Deo seruiantibus decimam vnius plenarii retis, tenendam in liberam et perpetuam elemosinam de nobis et successoribus nostris ; quod rete Willelmus rex dedit et concessit eis super aquam de Northesk . Hiis testibus Hugone episcopo Sancti Andree . Bricio priore Keledeorum de Brechin, W. archidiacono Sancti Andree et Matussale decano, Andrea capellano et Matheo sacrista ecclesie de Brechin, et insuper Gilbryd comite de Anegus, et Douenaldo Abbe de Brechin . (A.D. 1178-80.)

Confirmatio Radulphi episcopi de Brechin de decima retis .

CCXVII. Hiis testibus Guidone Abbate de Lundors, Gregorio Archidiacono, Willelmo officiali, Matheo decano, Alexandro de Muhaut . (A.D. 1198-1218.)

Confirmatio episcopi Hugonis de Brechyn de decima retis .

CCXVIII. Testibus Willelmo de Bosco cancellario domini regis, Gregorio archidiacono nostro, Malbrid priore Keledeorum nostrorum, magistro Symone de Sancto Andrea, Alexandro de Muhaut, Roberto Petro Willelmo, capellanis nostris, et capitulo nostro . (c. 1218.)

Confirmatio Gregorii episcopi de Brechin de decima vnius plenarii retis .

CCXIX. Testibus domino Bricio Morauisiensi episcopo, Willelmo de Bosco cancellario, Malbrid priore Kelledeorum nostrorum, magistro Henrico de Norham, officiali nostro, Freskin Morauiensis ecclesie decano, magistro Henrico et Hugone de Duueglas clericis domini episcopi Morauiensis, magistro Henrico de Munros, et Willelmo capellanis nostris, et toto capitulo nostro . (A.D. 1218-22.)

De tofto in villa de Stracatherach .

CCXX. Uniuersis sancte matris ecclesie filiis clericis et laicis Turpinus Dei gratia episcopus Brechinensis salutem . Sciant presentes et futuri nos dedisse et concessisse et hac carta nostra confirmasse Deo et ecclesie Sancti Thome de Abirbrothoc et monachis ibidem Deo seruientibus in liberam et perpetuam elemosinam vnum toftum et croftum in villa de Strukatharach et duas acras terre in campo pertinente ad eandem villam . Tenendum de nobis et successoribus nostris liberum et quietum ab omni consuetudine et exactione preter commune auxilium regis . Testibus Bricio priore de Brechin, Gillefali Kelde, Bricio capellano, Mathalan kelde, Makbeth Maywen . (A.D. 1178-98.)

Confirmacio Radulphi episcopi Brechinensis de predicto tofto .

CCXXI. Testibus G.G. archidiacono nostro, Willelmo officiali, Petro capellano nostro, Andrea persona de Brechin, Alexandro de Mohaut clerico nostro . (A.D. 1202-18.)

Confirmacio Hugonis episcopi Brechinensis de dicto tofto .

CCXXII. Testibus Willelmo de Bosco cancellario domini regis, Gregorio archidiacono nostro, Mallebryd priore Keledeorum nostrorum, magistro Symone de Sancto Andrea, Alexandro de Mohaut, Roberto, Petro, capellanis nostris, et capitulo nostro . (c. 1218.)

Confirmatio Gregorii episcopi Brechinensis de dicto tofto .

CCXXIII. Testibus domino Bricio episcopo Morauensi, domino Willelmo de Bosco cancellario, Mallebryd priore Keledeorum nostrorum . Magistro Henrico de Northam officiali nostro, Fertheskyno Morauensis ecclesie decano, magistro Henrico et Hugone de Duueglas clericis domini episcopi Morauensis, magistro Henrico de Monros, et Willelmo, capellanis nostris . (A.D. 1218. 22.)

Vendicio terre de Drumsleed facta Gregorio episcopo Brechynensi .

CCXXIV. Omnibus Christi fidelibus hoc scriptum visuris vel auditoris Stephanus filius Stephani de Kinnardesley salutem in Domino . Sciant tam presentes quam futuri, me de voluntate et assensu et consilio domini patris mei et in presencia sua vendidisse concessisse et hac carta mea in perpetuum confirmasse, Deo et venerabili patri Gregorio Dei gratia episcopo Brechynensi ad sustentacionem pontis de Brechyn, et ad sustentacionem cuiusdam capellani celebraturi in perpetuum pro fidelibus defunctis in ecclesia Brechynensi vel alibi prout voluerit et disposuerit prefatus venerabilis pater episcopus, totam terram meam de Drumsleed in pratis et pascuis in moris et marresiis, in terris et aquis, in piscariis in stagnis et molendinis in viis et semitis, et omnibus libertatibus et aysiamentis ad eam pertinentibus . Quare volo vt prefatus episcopus et sui assignati habeant teneant et possideant dictam terram adeo libere et quiete pacifice et honorifice plenarie et integre sicut ego et pater meus tenuimus, videlicet liberam et quietam ab omni exactione et consuetudine preter forinsecum domini regis . Vt hec autem mea vendicio et confirmacio perpetue firmitatis et stabilitatis

robur optineat; presenti scripto sigillum meum apposui, necnon et cartam domini regis quam pater meus habuit, de prefata terra in manibus memorati domini episcopi, patre meo presente et precipiente tradidi et resignavi perpetuo. Ad maiorem vero securitatem et fidem sepedicto domino episcopo et suis assignatis faciendam; ego et pater meus in manu dicti domini episcopi affidauimus in ecclesia Brechynensi pro nobis et omnibus successoribus et heredibus nostris, nos continenciam huius carte fideliter et sine malo ingenio observaturos. Et notandum quod prima die confectionis huius carte recepi pre manibus de pacto quod conuenit inter dominum episcopum et me; tres marcas, et de residuo satisfaciet mihi per bonos plegios quos admisi. Testibus, domino Roberto, domino A. thesaurario, domino Thoma, domino Waltero capellanis, domino Hervico de Malevill, domino Symone vicario de Fordvn, Waltero de Lunkyr', Waltero Marescallo, Henrico filio Jurdani et aliis. (A.D. 1218-22.)

## FINDOWRY .

Carta Walteri Episcopi Willelmo Lam .

CCXXV. Omnibus hanc cartam visuris vel auditoris, Walterus Dei gratia episcopus Brechinensis Salutem in omnium Salvatore . Sciatis nos de et cum consensu et assensu capituli nostri . . . dedisse . . . et hac presenti carta nostra confirmasse ad feodifirmam dilecto nostro Willelmo Lam illa duo tenementa in Ciuitate nostra Brechinensi situata et jacentia ad australem finem Ciuitatis ex parte orientali vici cum acris terre arabilis ad eadem pertinentibus que fuerunt quondam Ade Nasmith et Mariote sponse sue et predicti Adam et Mariota in capitulo nostro coram decano et canonicis . . . sursum dederunt pureque et simpliciter resignauerunt . Tenenda et habenda dicta duo tenementa cum acris terre arabilis ad eadem pertinentibus predicto Willelmo Lam et tribus heredibus suis continue succedentibus de nobis et successoribus nostris episcopis Brechinensibus in feodo et hereditate per suas rectas metas . . . adeo libere et quiete sicut dictus Adam dicta tenementa tenuit et possedit de nobis et predecessoribus nostris ante resignationem nobis factam . Soluendo inde nobis et successoribus nostris de dictis tenementis annuatim decem solidos sterlingorum monete currentis ad duos anni terminos consuetos Pentecostes et Sancti Martini in yeme per equales portiones ac multuram de acris consuetam . Et faciendo nobis in curia Ciuitatis sectam et alia seruicia nobis debita et consueta . . . ; In cuius rei testimonium presenti carte nostre sigillum nostrum vnacum sigillo communi capituli nostri est appensum . Testibus venerabilibus viris dominis ac magistris Cuthberto decano, Gilberto cantore, David de Idwy archidiacono, Johanne Lyel thesaurario, Thoma Bell officiali, et Alexandro Barber canonicis ecclesie nostre Brechinensis, et pluribus aliis laicis ad testimonium vocatis . Data apud Brechyn decimo die mensis Maij anno Domini millesimo quadringentesimo vicesimo et consecrationis nostre anno decimo .

CCXXVI. Carta concessa per Georgeum episcopum Brechinensem cancellarium Scociae cum consensu capituli sui Johanni Willelmi tinctori civi Civitatis Brechinensis

antedictorum duorum tenementorum (No. CCXXV.) coram his testibus venerabilibus et discretis viris magistris Johanne Spalding decano Georgeo Seres cantore Stephano Angusia thesaurario Gilberto Forestare archidiacono Duncano de Lichtoune vicario de Brechin magistro Johanne de Monypeny praebendario de Bourkill et magistro Waltero Ydil apud Brechin decimo die mensis Septembris anno Domini millesimo quadringentesimo quinquagesimo septimo et consecrationis episcopi anno tertio .

CCXXVII. Instrumentum saisinae praedictorum duorum tenementorum cum acris terrae arabilis super resignatione dicti Johannis Willelmi in favorem sui ipsius; ballivis nominatis Daud Dempster Ricardo Willelmi et Johanne Inglis ballivis Civitatis Brechinensis; testibus Daud Dempster de Ouchterles ballivo dicti reverendi patris Malcolmo de Guthery Cutberto de Rate Alexandro Webster serjiando Johanne Baxster cum multis aliis . Johanne Gy presbitero Brechinensis dioeceseos notario . 10 Septembris 1457 .

Charter, The Bishop of Breichen in favour of John Willelmi of the land now called the Litsteris land and acre therto belonging.

CCXXVIII. Omnibus . . . Georgeus miseratione diuina episcopus Brechinensis Salutem . . . Sciatis nos cum consensu . . . capituli nostri . . . dedisse . . . et hac presenti carta nostra confirmasse dilecto nostro Johanni Willelmi tintori cui Civitatis nostre Brechinensis unum tenementum cum pertinentiis jacens in dicta nostra Ciuitate ex parte orientali communis vici eiusdem inter terram dicti Johannis ex parte australi ex parte una et le Lytil Mylle Burne ex parte boriali ex parte altera cum una crofta terre arabilis ad dictum tenementum spectante cum pertinentiis que crofta terre iacet contigue ad orientalem finem orti dicti tenementi inter terram Thome Mudy ex parte australi ex parte una et predictum le Lytill Myll Burne ex parte boriali ex parte altera et extendit versus oriens usque le Myll Akyre Quodquidem tenementum cum predicta crofta terre arabilis cum pertinentiis fuit dicti Johannis et quod tenementum cum dicta crofta terre prefatus Johannes . . . in manus nostras



apud Brechin in capitulo nostro coram subscriptis testibus . . . simpliciter resignavit . . . Tenendum . . . de nobis et successoribus nostris episcopis Brechinensibus in feodo et hereditate imperpetuum . . . Faciendo et soluendo inde annuatim dictus Johannes et heredes sui nobis et successoribus nostris episcopis Brechinensibus decem solidos . . . monete . . . Scotie ad duos anni terminos usuales . . . et multuram de dicta crofta terre arabilis consuetam ac alia seruicia in dicta nostra Ciuitate debita et consueta . . . In cuius rei testimonium presenti carte nostre sigillum nostrum unacum sigillo capituli nostri antedicti est appensum testibus venerabilibus et prouidis viris magistris Johanne Spaldyne decano nostro Georgeo Seras cantore ecclesie nostre Brechinensis Willelmo Ogilwy cancellario Stephano Anguss thesaurario et Duncano Lichtoun vicario Brechinensi domino Willelmo Rynd subdecano Brechinensi David Dempstare de Caraldstoun et Waltero Dempstare de Ouchtirless . Apud Brechin vicesimo septimo die mensis Aprilis anno Domini millesimo quadringentesimo sexagesimo primo et consecrationis nostre anno septimo .

Charter in favour of Alexander Whyt by Walter Craig.

CCXXIX. Omnibus . . . Walterus Crag de Swannistoune Salutem . . . Sciatis me . . . vendidisse . . . prouido viro Alexandro Qwhit cui Ciuitatis Brechinensis quandam peciam tenementi mei cum pertinentiis jacentis in Ciuitate predicta ex parte orientali eiusdem inter terram Thome Cure ex parte australi ex parte una et torrentem ex parte boriali dicte Ciuitatis currentem ex parte altera cum tota et integra crofta et medietate orti dicte pecie tenementi adiacentis . . . et spectantis pro quadam summa pecunie . . . Tenendam . . . predictam peciam cum pertinentiis unacum dicta crofta et medietate orti prefato Alexandro heredibus suis et assignatis a me heredibus meis successoribus meis et assignatis quibuscunque in feodo et hereditate imperpetuum . . . Reddendo inde annuatim predictus Alexander heredes sui et assignati michi et heredibus (meis) quatuordecim solidos . . . monete . . . Scocie ad duos anni terminos ac reuerendo in Christo patri episcopo Brechinensi qui pro tempore fuerit duodecim denarios dicte monete ad dictos duos anni terminos . . . acetiam prefato reuerendo in Christo patri episcopo Brechinensi qui pro tempore

fuerit seruicia in dicta Ciuitate debita et consueta . . . In cuius rei testimonium sigillum meum presenti carte mee est appensum apud Brechin duodecimo die mensis Ianuarii anno domini millesimo quadringentesimo septuagesimo secundo coram hiis testibus videlicet Ricardo Willelmi balliuo et ciue Ciuitatis antedictae Thoma Murdaci presbitro Roberto Litstar ciue dicte Ciuitatis et Andrea Man et aliis diuersis .

Confirmatio episcopi et capituli terrarum de Findore Johanni Dempster .

CCXXX. Uniuersis et singulis ad quorum notitias presentes littere peruenerint Johannes Dei et apostolice sedis gratia episcopus Brechinensis Salutem . . . Noueritis nos cum unanimo consensu . . . decani et capituli nostri ecclesie cathedralis predictae . . . dedisse . . . et hac presenti carta nostra confirmasse dilecto nostro Johanni Dempstar nepoti et apparenti heredi honorabilis scutiferi Dauid Dempstar de Caraldstoun et Mergrete Scrimgeour sponse sue eorumque diutius uiuenti omnes et singulas terras nostras de Findore cum pertinentiis jacentes infra baroniam nostram de Brechin et vicecomitatum de Forfar pro suis benemeritis nobis multipliciter impensis et in posterum impendendis ac pro singulari defensione ecclesie nostre Quequidem terre cum pertinentiis fuerunt quondam dicti Dauid Dempstar, quasque terras cum pertinentiis dictus Dauid in presentia quamplurimorum canonicorum dicte nostre ecclesie . . . in manus nostras apud ecclesiam nostram cathedralem personaliter . . . et simpliciter resignauit . . . Tenendas et habendas dictas terras cum pertinentiis dictis Johanni et Mergrete sponse sue eorumque diutius uiuenti et heredibus inter ipsos legitime procreatis seu procreandis quibus deficientibus dicto Dauid et heredibus suis quibuscunque de nobis et successoribus nostris episcopis Brechinensibus in feodo et hereditate imperpetuum . . . Reddendo inde annuatim dicti Johannes et Mergreta . . . capitulo ecclesie nostre triginta solidos . . . monete . . . Scocie et nobis et successoribus nostris episcopis ecclesie Brechinensis seruicia ante dictam resignationem per dictum Dauid et predecessores suos debita et consueta . . . In cuius rei testimonium sigillum nostrum autenticum unacum sigillo communi nostri capituli presenti carte est appensum apud Brechin vicesimo septimo die mensis Maij anno Domini

millesimo quadringentesimo septuagesimo sexto, hiis testibus magistro Wilhelmo Ogiluy cancellario ecclesie nostre magistro Stephano Anguss thesaurario magistro Georgio Seres precentore magistro Jacobo Brouss prebendario de Lethnocht magistro Roberto Brown magistro Jacobo Balfour canonicis magistro Johanne Aylmer officiali nostro Johanne Lyoun et Alexandro Annand cum diuersis aliis et nostre consecrationis anno

CCXXXI. Carta praedictarum terrarum de Fyndore concessa per Willelmum episcopum Brechinensem cum consensu decani et capituli ecclesiae cathedralis Brechinensis Petro Dempstar filio et apparenti haeredi honorabilis scutiferi Johannis Dempstar de Caraldistoune et Jonetae Ouchterlovny ejus sponsae eorumque diutius viventi coram his testibus magistris Hugone Douglass decano Willelmo Meldrum praecentore Valtero Fentoune cancellario Patricio Boiss thesaurario canonicis ecclesiae praedictae Jacobo Stewart canonico Moraviensi Alexandro Meldrum de Nevhall Johanne Dempstar de Ouchterles dominis Johanne Chapman et Valtero Clerk notariis publicis 24 Octobris 1500 .

Charter, The Bishop of Brechin in favour of Mr. George Fentoun.

CCXXXII. Omnibus . . . Willelmus . . . episcopus Brechinensis Salutem . . . Sciatis nos cum consensu . . . capituli nostri . . . dedisse . . . et hac presenti carta nostra confirmasse . . . dilecto nostro Georgio Fentoun tinctori cuius nostre Ciuitatis Brechinensis tota et integra tria nostra tenementa cum pertinentiis contigue jacentia in dicta nostra Ciuitate Brechinensi in fine australi et ex parte orientali vici eiusdem inter torrentem vulgariter vocatum the Lital Mil Burn ad boream communem viam regiam ad occidentem finem australem dicte Ciuitatis ad austrum et acras dictis tenementis pertinentes ad orientem unacumcroftis et acris terre arabilis eidem tenementis ex antiquo pertinentibus cum totis et integris suis justis pertinentiis quibuscunque . Quequidem tenementa cumcroftis et acris predictis fuerunt honorabilis viri Roberti Litstar cuius dicte nostre Ciuitatis Brechinensis hereditare et que idem Robertus . . . apud maneriem nostram de Fernwell in manibus nostris . . . in fauorem dicti Georgii sui nepotis . . .

simpliciter pro perpetuo resignavit . . . Reservato tamen dicto Roberto libero tenemento . . . dictorum trium tenementorum croftarum et acrarum eisdem pertinentium cum pertinentiis pro toto tempore vite sue tantum Tenenda et habenda tota et integra tria tenementa predicta cum croftis et acris terre arabilis eisdem ex antiquo pertinentibus cum suis pertinentiis prefato Georgio heredibusque suis et suis assignatis de nobis et successoribus nostris episcopis Brechinensibus in feodo et hereditate imperpetuum . . . Faciendo et soluendo inde annuatim dictus Georgius heredes sui et assignati nobis et successoribus nostris episcopis Brechinensibus viginti solidos . . . monete . . . Scocie ad duos anni terminos consuetos . . . et multuram de dictis croftis et acris consuetam et in curia nostra dicte Ciuitatis sectam et alia seruicia debita et consueta . . . In cuius rei testimonium sigillum nostrum unacum communi sigillo capituli nostri predicti carte nostre est appensum apud Ciuitatem nostram Brechinensem vicesimo sexto die mensis Augusti anno Domini millesimo quingentesimo decimo coram hiis testibus venerabilibus et discretis viris magistris Hugone Douglas decano Brechinensi Willelmo Meldrum precentore Thoma Meldrum cancellario domino Patricio Boyis thesaurario magistro David Petkarne archidiacono Henrico Fentoun subdecano Johanne Meldrum prebendario de Buthirgyll Gilberto Strathaquhyn pensionario Henrico Quhyt prebendario de Finnevin et Johanne Chepmann scriba capituli et diuersis aliis .

CCXXXIII. Instrumentum Saisinae super praecepto per Johannem episcopum Brechinensem Johanni Ramsay et Georgio Falconare ballivis suis ut traderent saisinam Willelmo Dempstar de Caraldstoun haeredi Petri Dempstare de Caraldstoun patris ipsius terrarum de Fyndowrie cum pertinentiis . Praecepto dato vicesimo die mensis Maii anno Domini millesimo quingentesimo quadragesimo quarto coram his testibus magistris Johanne Cokburne rectore de Kylmoir Johanne Cokburne juniore, Jacobo Lamb Georgio Watsons Harberto Gledstanis et magistro Thoma Andersone secretario episcopi . Saisina tradita coram testibus Jacobo Fentoun de Ogill Roberto Skrimgeoure Roberto Thowles Jacobo Lyoun Willelmo Lyoun Johanne Bruss et Johanne Jurdane . Harberto Gladstanis clerico Glasguensis dioeceseos notario . 26 Maii 1544 .

Carta terrarum de Findowrie Willelmo Dempstare .

- CCXXXIV. Uniuersis et singulis alme matris ecclesie filiis . . . Johannes . . . Brechinensis episcopus Salutem . . . Noueritis nos cum unanimi consensu . . . decani canonicorum et capituli nostri ecclesie cathedralis Brechinensis . . . hac presenti carta nostra confirmasse . . . dilecto nostro Willelmo Dempstare de Carraldstoun heredibus suis et assignatis omnes et singulas terras nostras de Fyndowrie . . . In cuius rei testimonium huic presenti noue infeodationis carte nostre manu nostra subscripte sigillum nostrum rotundum est appensum unacum subscriptionibus manualibus dictorum decani et canonicorum ac communis nostri capituli antedicti sigilli appensione in sui consensus . . . signum ad premissa apud dictam Ciuitatem nostram Brechinensem die decimo nono mensis Augusti anno Domini millesimo quingentesimo quadragesimo septimo et consecrationis nostre anno vicesimo quarto coram hiis testibus Jacobo Lamb Thoma Wyot dominis Jacobo Roberti commissario Brechinensi Jacobo Annand magistris Thoma Andersoun et Thoma Bowsie notariis publicis aliisque diuersis
- Jo. Episcopus Brechinensis .  
 Dominus Jacobus Skrymgeour precentor .  
 Daud Pitcarn Archidiaconus Brechinensis .  
 Daud Lyndesay prebendarius de Fynevin .  
 Johannes Cokburne rector de Kilmoir .  
 Alexander Turing Cancellarius Brechinensis .  
 Jacobus Ard thesaurarius Brechinensis .  
 Robertus Steill subdecanus Brechinensis manu propria .  
 Johannes Meldrum rector de Burtergyll .

- CCXXXV. Instrumentum saisinae super praecepto dato die et anno eisdem et coram eisdem testibus quibus in carta suprascripta per dictum Johannem episcopum Brechinensem Johanni Ramsay et Daud Fentoune suis balliuis ut traderent saisinam praefatarum terrarum de Findowrie antedicto Willelmo Dempster de Carraldstoune . Saisina tradita coram his testibus Willelmo Lyoune de Ester

Ogill Villelmo Liell de Murcll Georgio Falconer Daud Fentoune et Roberto Hutoune cum diversis aliis . Valtero Farwedder presbitero Dunkeldensis dioeceseos notario . 15 Januarii 1547 .

Preceptum sasine in favorem Roberti Cullase et sue sponse terrarum de Fyndowry .

CCXXXVI. Daud Fentoun feodatus de Ogill dilectis meis Willelmo Robertsoun Joanni Greig et vestrum cuilibet . . . balliis meis . . . Quia vendidi dilectis meis Roberto Cullase de Balnamone et Elizabetht Brouyss sue sponse et eorum alteri diutius viuenti in coniuncta infeodatione et heredibus masculis inter eosdem legitime procreatis seu procreandis quibus deficientibus heredibus masculis et assignatis ipsius Roberti quibuscunque totas et integras terras de Fyndowry cum pertinentiis nunc per Georgium Falconer occupatas . . . prout in carta mea sibi desuper confecta plenius continetur . Vobis igitur et vestrum cuilibet precipio . . . quatenus . . . sasinam hereditariam . . . predictarum terrarum . . . prefatis Roberto et Elizabeth sue sponse eorumque alteri diutius viuenti in coniuncta infeodatione . . . iuste deliberetis . . . In cuius rei testimonium presentibus manu mea subscriptis sigillum meum proprium est appensum apud Balnamone die tertio mensis Decembris anno Domini millesimo quingentesimo quinquagesimo octauo coram his testibus Willelmo Forbes de Allerless Thoma Forbes suo seruitore Johanne Cullase Jacobo Cluny Roberto Lyoun domino Waltero Fairwedder et Harberto Gledstanys notariis cum diuersis aliis .

Daud Fentoune witht my hand fiar of Ogyll .

Collatioun to Mathew Hepburn of the Chaipnanry of Caldern conforme to the King's presentation be the vicar generall, sede vacante .

CCXXXVII. Guillelmus Cunynghame decanus ecclesie Brechinensis ac vicarius generalis eiusdem sede illius episcopali vacante dilecto nobis in Christo Matheo Hepburne clerico Brechinensis diocesis Salutem . . . capellam seu capellaniam de Caldern nuncupatam in ecclesia Brechinensi fundatam . . . vacantem per . . .

resignationem discreti viri domini Roberti Durwart . . . nostris in manibus per honorabilem virum magistrum Jacobum Walcar rectorem de dicti domini Roberti procuratorem . . . factam . . . cuius presentatio et jus patronatus pro hac vice ad illustrissimam dominam Mariam Scotorum Reginam ratione vacationis dicte sedis, collatio vero prouisio et omnimodo alia dispositio ad nos, ratione nostri vicariatus generalis, respectiue dinoscuntur pertinere, tibi Matheo Hepburne presenti et acceptanti nobis per dictam illustrissimam dominam Reginam litteratorie presentato . . . conferimus et de illa unacum suis iuribus et pertinentiis uniuersis tibi (cum quo dudum prout asseris vel non obstante defectu natalium quum de episcopo genitus et soluta pateris dictam capellaniam seu simile aliud beneficium obtinere valeas auctoritate apostolica dispensatum extitit) prouidemus . . . onus et seruiciu' dicte capelle iuxta suam fundationem tibi in Domino committentes . Quocirca presbitris omnibus et notariis nobis subditis in Ciuitate Brechinensi et illius diocesi . . . damus in mandatis quatenus te . . . in actuaalem possessionem capellanie predictae iuriumque et pertinentiarum illius uniuersorum ponant . . . solennitatibus obseruatis in talibus assuetis . In cuius rei testimonium presentes manu notarii publici subscriptas signeti nostri fecimus appensione muniri . Datum in ecclesia beati Egidii oppidi Edinburgi Sancti Andree diocesis die quarto mensis Decembris anno Domini millesimo quingentesimo quinquagesimo octauo presentibus ibidem magistris Georgio Strauk Joanne Cunynghame Joanne Rolland et domino Jacobo Tarbot cum diuersis aliis . . .

Et ego Joannes Damyte clericus Ebroicensis publicus . . . in archiuo Romane curie descriptus notarius . . .

CCXXXVIII. Extract registered notarial obligation by David Fentoun fiar of Ogill, proceeding on the narrative that he had sold to Robert Collace of Balnamone and Elizabeth Bruce his spouse, and to the longest liver of them in conjunct fee and to the heirs male lawfully begotten or to be begotten betwixt them, whom failing to the heirs and assignees of the said Robert whomsoever, all and whole the lands of Fyndowry with the pertinents (No. CCXXXVI.); to be holden of him his heirs and assignees, and paying therefor yearly to the Canons and Chapter

of Brechin thirty shillings of money, to William Dempster of Carraldstone his heirs and assignees ten pounds ten shillings at two usual terms in the year, and to him the said David Fentoun his heirs successors and assignees one penny money of Scotland in name of blench farm; and that the said Robert Collace had sold to him the said David Fentoun the half of the lands of the Mains of Balnamone under reversion on the payment of the sum of five hundred merks money foresaid, which half lands he had set to the said Robert Collace for forty bolls victual, half meal half bear, to be paid yearly; therefore binding himself to warrant the saids lands of Fyndowry to the said Robert Collace and his spouse free of all bygone duties, and if they be evicted from the saids lands, to infest them in other lands of equal value and convenience, and also, if during the occupation of the saids lands by the tacksman thereof they cannot profit therefrom, to pay them yearly three chalders eight bolls victual, two parts meal, and the third part bear; and that under the penalty of five hundred merks. Said obligation is subscribed at Balnamone the sixteenth day of February one thousand five hundred and sixty two years before witnesses Robert Collace younger, Henrie Chalmer, Johnne Scott and Sir Walter Fairwodder notary public, and registered in the sheriff court books of Forfar 22d May, 1563.

*Carta feoditaria de Caldhame Joanni Bellenden et sponse sue .*

CCXXXIX. Omnibus . . . Matheus Hepburn capellanus capellanie nuncupate de Caldhame intra ecclesiam cathedralem Brechinensem fundate Salutem . . . Quia virtute decreti dominorum consilii contra me tanquam superiorem terrarum infrascriptarum ad instantiam prouidi viri Joannis Bellenden de Auchnoule equitis aurati lati . . . teneor ipsum Joannem in terris subscriptis in feudifirma perpetua . . . hereditarie infeodare . Noueritis igitur me dicto decreto obtemperare . . . volentem necnon pro nonnullis pecuniarum summis . . . cum expressis consensu et assensu . . . Alexandri Brechinensis episcopi canonicorumque et capituli dicte ecclesie cathedralis dedisse . . . et ad feudifirmam . . . perpetuam hereditarie dimisisse et hac presenti carta mea confirmasse . . . prefato Joanni Bellenden et Jonete Seytoun eius sponse



ac eorum alteri diutius viuenti in coniuncta infeodatione suisque heredibus infrascriptis et assignatis . . . terras meas arabiles et campestras prefate mee capellanie spectantes . . . cum . . . suis . . . pertinentiis jacentes in parochia de Brechin et intra vicecomitatum de Forfar inter commune lie Dene de Brechin ex occidente terras de Unthank ex boreali terras de Ovir Petforth et Nether Petforth ex oriente terras molendinarias de Caldham et publicam viam qua itur a burgo de Mantross ad Ciuitatem Brechinensem ex australi partibus ab una et aliis per me et personas subscriptas nunc occupatas videlicet magistrum Thomam Bowsie Thomam Wat Jacobum Schorteyne Joannem Milne sartorem Joannem Bruce Joannem Matheris seniore Joannem Dempstare Conandum Tailzeoure Henricum Hepburn Alexandrum Knox Georgium Wilsoune Joannem Liddill Willelmum Wychad magistrum Joannem Cokburne Jacobum Donaldsoun Robertum M<sup>c</sup>Kallas Jacobum Dempstar et Dauid Broun . Quequidem terre . . . cum domibus dicte capellanie spectantibus jacentibus intra dictam Ciuitatem Brechinensem perprius assedate . . . fuerunt quondam Jacobo Hepburne fratri meo germano pro annua solutione summe sedecim librarum tredecim solidorum et quatuor denariorum . . . monete . . . Scotie et prefate domus in dicta Ciuitate Brechinensi assedate . . . in feudifirma hereditaria per me nunc sunt pro annua firma quinquaginta trium solidorum et quatuor denariorum monete predictae et sic prefate terre arabiles et campestras cum suis . . . pertinentiis in hac presenti carta mea contente estimantur in rentali dicte mee capellanie annuatim ad summam quatuordecim librarum monete antedictae . Tenendas . . . prenomatas terras . . . prefatis Joanni Bellenden et Jonete Seytoun eius sponse ac eorum alteri diutius viuenti in coniuncta infeodatione et heredibus masculis inter ipsos legitime procreatis seu procreandis quibus deficientibus legitimis et propinquioribus heredibus dicti Joannis quibuscunque seu assignatis de me et successoribus meis dicte capellanie capellanis in feudifirma . . . perpetua et hereditate imperpetuum . . . Reddendo inde annuatim . . . mihi et successoribus meis antedictis dictam summam quatuordecim librarum monete predictae tanquam antiquam firmam dictarum terrarum . . . necnon summam tredecim solidorum et quatuor denariorum eiusdem monete in augmentationem rentalis dicte mee capellanie . . . ad duos anni terminos . . . Necnon heredes

dictorum Joannis et Jonete antedicti ac assignati duplicando dictam feudi-  
firmam primo anno eorum introitus ad prefatas terras . . . Insuper dilectis  
meis Joanni Hutoun balliuis meis . . . precipio . . . quatenus . . .  
sasinam hereditariam . . . prefatarum terrarum . . . cum . . . pertinentiis  
predictis Joanni Bellenden et Jonete Seytoun . . . deliberetis . . . In cuius  
rei testimonium huic presenti carte mee preceptum sasine in se continenti manu  
mea manibusque dictorum reuerendi in Christo patris et canonicorum dicte  
ecclesie cathedralis in signum suorum consensus et assensus ad premissa sub-  
scripte sigillum meum unacum sigillo commune capituli dicte ecclesie est appen-  
sum apud eandem ecclesiam penultimo die mensis Novembris anno Domini  
millesimo quingentesimo sexagesimo sexto .

Alexander episcopus Brechinensis . Mathew Hepburn cheplane of Caldern .  
Ja. Thorntoun decanus Brechinensis .  
Dauid Archidiaconus Brechinensis .  
Georgius Hepburn cancellarius .  
Robertus Abercrumby rector de Buttergill .  
Johannes Hepburn thesaurarius .  
Johannes Cokburne rector [de] Kylmoir .  
Robertus Carnegy subdiaconus .  
Dauid Watt vicarius Brechinensis .

CCXL. Carta confirmationis sub magno sigillo praedictae cartae concessae per ante-  
dictum Matheum Hepburne capellanum capellaniae de Caldhame praefatis Jo-  
anni Bellenden et Jonetae Seytoun ejus sponsae . Testibus reverendissimo  
in Christo patre Johanne Archiepiscopo Sanctiandree etc. Georgio comite de  
Huntlie domino Gordoun et Badzenach cancellario regio Jacobo comite de  
Boithuile domino Halis Creichtoun et Liddisdail regni magno admirallo his  
familiaribus et consiliariis regiis Richardo Maitland de Lethingtoun secreti sigilli  
custode et Jacobo Balfoure de Pettindreich rotulorum registri ac consilii clerico  
equitibus auratis, apud Seytoun . 18 Februarii 1566 .

CCXLI. Contract of sale between Robert Arbuthnot of that ilk on the one part, and Robert Cullaice of Balnamowne, Elizabeth Bruice his spouse with his consent, and John Cullaice his son and apparent heir, on the other part, by which the said Robert Cullaice, in consideration of the sum of seven thousand five hundred merks Scots money, binds himself, with consent of his said son, to infest the said Robert Arbuthnot of that ilk and Heline Cleponne his spouse and the longest liver of them in liferent, and David Arbuthnot their son, and his heirs male in fee in the foresaids town and lands of Fyndowrie with the pertinents, as then occupied and laboured by the said John Cullaice and his subtenants; to be holden of the said Robert Cullaice and his heirs in free blench for payment to the Canons and Chapter of Brechin and their successors of the sum of thirty shillings, and to William Dempster of Caneddistounne his heirs or successors, superiors of the saids lands, of the sum of ten pounds ten shillings Scots money; and also, in warrandice thereof, in the quarter lands of Balconnall and shadow quarter lands of Balfour lying in the parish of Menmoir and sheriffdom of Forfar with the pertinents. Signed at Brechin before these witnesses, Mr. Alexander Arbuthnot principal of the college of Aberdeen, Alexander Vedderborne common clerk of Dundee, George Barclay of Seyid, Mr. William Davidsoune burgess of Aberdeen, and Mr. Alexander Davidsoune, 9th February 1574.

Carta episcopi Jacobo Dempstar de Petforkye et Daudid Dempstar ejus filio .

CCXLII. Omnibus . . . Alexander . . . Brechinensis episcopus Salutem . . . Sciatis nos cum consensu . . . capituli nostri . . . dedisse . . . dilecto nostro Jacobo Dempstar portionario de Petforkye in vitali reddito pro omnibus diebus vite eiusdem neonon Daudid Dempstar eius filio et heredi apparenti suisque heredibus et assignatis in feodo et hereditate . . . nostra tria tenementa cum pertinentiis (No. CCXXXII.) . . . Quequidem tria tenementa . . . cum pertinentiis recto jure hereditarie ad dictos Jacobum et Daudid eius filium spectant . . . prout nobis per autentica documenta clare constat . . . Insuper dilectis nostris Jacobo Thayne . . . balliuis nostris . . . precipimus.

. . . quatenus . . . possessionem in vitali reddito dicto Jacobo . . . necnon . . . sasinam hereditariam . . . dictorum trium tenementorum . . . dicto Daud Dempstar . . . tradatis . . . In cuius rei testimonium presentibus nostra et manibus canonicorum capituli nostri subscriptis sigillum nostrum rotundum et sigillum eiusdem nostri capituli sunt appensa apud Ciuitatem nostram predictam die ultimo mensis Julii anno Domini millesimo quingentesimo septuagesimo sexto coram his testibus magistro Joanne Hutoun de Eister Belleleisk Alexandro Norye ciue Brechinensi Johanne Hutoun in Ardo et magistro Thoma Bowsye notario .

Alexander Episcopus Brechinensis .

Andreas Leiche rector de Kilmoir .

Robertus Kynneir vicarius .

Johannes Hepburn thesaurarius .

Paulus Fraser precentor .

M. J. Layng pensionarius .

R. Abyrcrumby rector de Buttergill .

Robertus Carnegy subdecanus .

CCXLIII. **Carta Confirmationis** sub magno sigillo cartae concessae per Johannem episcopum Brechinensem Joanni Dempster et Margarete Scrymgeoure ejus sponsae terrarum de Findore cum pertinentiis (No. CCXXX.) Testibus Jacobo Arraniae comite domino Evane et Hammyltoun etc. cancellario regio reverendissimo ac venerabili in Christo patribus Patricio Sanctiandreae archiepiscopo Waltero commendatario prioratus de Blantyre secreti sigilli custode his familiaribus et consiliariis regiis domino Joanne Maitland de Thirlstane milite secretario regio Alexandro Hay de Eister Kennet rotulorum registri ac concilii clerico Lodouico Bellenden de Auchnoule milite justiciariae clerico et Roberto Scott cancellariae direttore apud Halierudehous . 10 Martii 1584 .

**Carta confirmationis** Georgii Wischart senioris de Drymmie .

CCXLIV. **Jacobus Dei gratia Rex Scotorum Omnibus** . . . Salutem Sciatis nos quandam cartam locationis . . . de mandato nostro visam . . . ad plenum intellexisse

sub hac forma . Omnibus . . . Balliui Consules et Communitas Ciuitatis Brechinensis . . . Salutem Noueritis nos unanimi consensu . . . pro certis magnis pecuniarum summis gratitudinibus et benemeritis per dilectum nostrum Georgium Wischart seniore de Drymmie . . . impensis . . . cum expressis consensu et assensu . . . Alexandri . . . Brechinensis episcopi canonicorum et capituli ecclesie cathedralis eiusdem assedasse . . . et ad feudifirmam . . . perpetuam hereditarie dimisisse et hac presenti carta nostra confirmasse . . . prenominate Georgio Wischart heredibus suis et assignatis . . . totam et integram illam petiam communis mori seu marresii nostri dicte Ciuitati in propria communitate spectantis . . . vulgo Monboy vocati jacentem ex australi parte communis mori nostri antedicti habentem ex orientali parte terras de Fendowrie vulgo the Quhite park dyke vocatas ex australi parte morum de Fendowrie et Balnabreich usque ad terras de Quhitesyde portionariis de Petforky hereditarie spectantes et abhinc borealiter per lapides infossatos vulgo the merche stanis vocatos ad communem viam in australi parte communis mori predicti que via ducit orientaliter ad domunculum vulgo the Murehouse of Fendowrie vocatum cum . . . pertinentiis eiusdem jacentem infra communitatem prenominate nostre Ciuitatis in parochia eiusdem et vicecomitatum de Forfar . Tenendam . . . prescriptam illam petiam communis mori nostri . . . predicto Georgio heredibus suis et assignatis de nobis et successoribus nostris . . . in feudifirma . . . et hereditate imperpetuum . . . Reddendo inde annuatim . . . nobis et successoribus nostris . . . summam tredecim solidorum et quatuor denariorum . . . monete . . . Scotie ad duos anni terminos consuetos . . . Preterea dictus Georgius heredes sui et assignati duplicabunt dictam summam tredecim solidorum et quatuor denariorum in introitu cuiuslibet heredis . . . prouiso tamen quod Jacobus Dempster portionarius de Petforkie et Pethill heredes sui successores et assignati ad dimidietatem earundem terrarum nunc dicto Jacobo Dempster hereditarie spectantem habeant et possideant communem pasturam in dicta petia communis mori seu marresii vocati Monboy cum potestate effodiendi cespites vulgo lie turviss fail and dovet cunctis temporibus futuris . . . Insuper dilectis nostris Jacobo Grahame et vestrum cuiuslibet . . . balliuis nostris . . . precipimus . . . quatenus . . . sasinam . . . predictae petie communis mori . . . cum pertinentiis memo-

rato Georgio Wischart . . . tradatis . . . seu alter vestrum tradat . . . In cuius rei testimonium huic presenti carte nostre manibus nostris ut sequitur subscripte sigillum commune dicte Ciuitatis unacum sigillis prenominati episcopi et capituli in eorum consensus . . . signum ad premissa est appensum apud Ciuitatem Brechinensem die undecimo mensis Maii anno Domini millesimo quingentesimo octuagesimo primo Quamquidem cartam locationem . . . in eadem contentam . . . in omnibus . . . pro perpetuo confirmamus . Saluis nobis et successoribus nostris iuribus et seruitiis . . . debitis et consuetis . In cuius rei testimonium huic presenti carte nostre confirmationis magnum sigillum nostrum apponi precepimus testibus predilectis nostris consanguineis et consiliariis Joanne domino Hammiltoun etc. commendatario de Abirbrothok Georgio comite Mariscalli domino Keith etc. regni nostri mariscallo dilectis nostris familiaribus consiliariis Joanne domino Thirlestane etc. cancellario nostro magistro Richardo Cockburne juniore de Clerkingtoun nostro secretario Waltero commendatario de Blantyre nostri secreti sigilli custode Alexandro Hay de Eister Kennat nostrorum rotulorum registri ac consilii clerico Ludouico Bellenden de Auchnoule milite nostre justiciarie clerico et magistro Willelmo Scott de Grangemure nostre cancellarie direttore apud Edinburcht septimo die mensis Augusti anno Domini millesimo quingentesimo nonagesimo primo et regni nostri vicesimo quinto .

Carta magistri Herculis Rollok et sue sponse unius annui redditus de terris de Caldhame .

CCXLV. Omnibus . . . Johannes Provand burgensis de Edinburcht et Bathia Clerk mea sponsa Salutem . . . Noueritis nos unanimi consensu pro perimplatione cuiusdam contractus . . . inter nos et quosdam nostros cautionarios . . . ab una et magistrum Herculem Rollok preceptorem scole grammaticalis Edinburgi et Elizabetham Rollok eius sponsam partibus ab altera . . . confecti . . . vendidisse . . . prefatis magistro Herculi et Elizabethæ sue sponse eorumque alteri diutius viuenti in coniuncta infeodatione et heredibus inter ipsos legitime procreatis seu procreandis quibus deficientibus legitimis et propinquioribus heredibus et assignatis dicti magistri. Herculis

quibuscunque hereditarie . . . unum annum redditum sexaginta et duodecim bollarum hordei cum caritate boni et sufficientis mercimonii annuatim inter festa natiuitatis Domini et purificationis beate Marie Virginis leuandum . . . de . . . nostris terris de Caldham cum . . . pertinentiis earundem . . . seu de aliqua earundem parte jacentibus infra parochiam de Brechyn et vicecomitatum de Forfair . Tenendum . . . predictum annum redditum . . . prefatis magistro Herculi et Elizabethæ . . . de me . . . et heredibus meis in feodo et hereditate imperpetuum . . . Reddendo inde annuatim . . . mihi . . . et heredibus meis unum denarium . . . monete . . . Scotie . . . Insuper dilectis nostris Joanni Kynneir feodatario de Botheris . . . et eorum cuilibet . . . balliuis nostris . . . salutem . . . precipimus . . . quatenus . . . sasinam hereditariam . . . predicti anni redditus . . . prefatis magistro Herculi et Elizabethæ . . . deliberetis . . . In cuius rei testimonium scriptum in officina scriptoria Adami Lautie scribe infra burgum de Edinburch per Daud Andersoun suum seruitorem sigillum nostrum unacum nostris subscriptionibus manualibus presentibus est appensum apud Edinburgum decimo sexto die mensis Novembris anno Domini millesimo quingentesimo nonagesimo tertio coram his testibus Johanne Stewart de Rosland Johanne Wylie scriba Daud Grindestoun de Kyngask Daud Wilsoun nostro seruitore .

M. J. Provand .  
Bathia Clerk .

CCXLVI. Carta concessa simili in modo per dictum Joannem Prouand cum consensu suae sponsae praefatae Joanni Fergusson burgensi de Edinburgh et Joannae Young ejus sponsae unius anni redditus quadraginta bollarum ordeï cum petia cuique bollae ejusdem de antedictis terris de Caddam . Haec carta continens in se praeceptum saisinae Daud Segie citinario in Brechin ballivo data est coram his testibus Joanne Creich filio et haerede apparente Joannis Creich burgensis de Edinburgh David Wilsoun seruitore dicti Joannis Prouand et Jacobo Tarbert notario publico, 10 Maii 1594 .

CCXLVII. Instrumentum Saisinae super praescripta carta in favorem antedicti Joannis Fergusson ejusque sponsae . David Segot ballivo . Saisina tradita coram his testibus Willelmo Bruce et Thoma Allane citinariis in Brechin Jacobo Quhite burgense de Forffar Georgio Dawsoun Jacobo Quhite juniore burgense de Forffar et Georgio Fyff notario publico . Jacobo Tarbert Sanctiandreae dioeceseos clerico notario . 22 Maii 1594 .

CCXLVIII. Carta concessa per supradictum Johannem Fergusson cum consensu sponsae suae antedictae Joanni Creich suo sobrino filio et haeredi quondam Joannis Creich burgensis de Edinburgh ejusdem annui redditus quadraginta bollarum ordeï de praedictis terris de Caddam et in securitatem dicti annui redditus alii annui redditus quadraginta bollarum ordeï de terris de Falkirk jacentibus infra vicecomitatum de Striueling et pertinentibus praescripto Joanni Prouand : reservato, tamen, dictis Johanni Fergusson ejusque sponsae vitali redditu dictorum annuorum reddituum ; et cum potestate etiam dicto Johanni Fergusson illos annuos redditus quocumque voluerit redimendi . Haec carta habens in se praeceptum saisinae data est coram his testibus Joanne Young Jacobo Tarbert scribis et Willelmo Kauchope eorum servitore, 24 Maii 1594.

CCXLIX. Tack by Alexander Bishop of Brechin, with consent of the dean and canons of the Chapter of the Cathedral thereof, to James Arbuthnott portioner of Arrott, of the teind sheaves of the mains and lands of Arrott and Lichtounhill and sunny half of the mill and mill lands of Arrott with the pertinents, and that for the space of nineteen years following the term of Lammas, called Petri ad vincula, in the year one thousand five hundred and ninety-six, and thereafter for the lifetimes of the said James Arbuthnott and his two succeeding heirs male, and to the heirs or assignees of the last heir for the space of other two nineteen years, for payment of the yearly tack duty of forty-two bolls victual, two parts meal and the third part bear, or, at the rate of thirteen shillings and four pence Scots money for every boll, of the sum in whole of forty-two merks



Scots money at the term of Candlemas, called the purification of the Virgin Mary, next after the separation of every crop from the ground. Said tack is subscribed by the said Bishop and Chapter at Donde before these witnesses, Dauid Arbuthnott of Findowrye, James Arbuthnot his brother, George Campbell of Crownan, and Dauid Campbell of Denheid, 10th June 1596.

CCL. Gift under the privy seal to Robert Arbuthnot fiar of that ilk, his heirs and assignees, of the non-entry duties of the foresaid lands of Findowrie with their pertinents, arising during the time the saids lands had been in the hands of the Bishops of Brechin superiors thereof, before the annexation of church lands to the Crown, or after said annexation, through the decease of Williame Dempster of Carretstoun, last lawful and immediate tenant to the Bishop of Brechin therein or his predecessors, and for all years, until the lawful entry of the rightful heir or heirs of the said Williame Dempster or his predecessors thereto. Dated 8th September, 1599.

CCLI. Decreet of the Lords of Council and Session, at the instance of Alexander Bishop of Brechin, against Mr. Johnne Prestoun of Fentoun Bernis, his Majesty's Collector-general, finding that the said Bishop had right, by virtue of a grant of the superiority of the bishopric made in his favour by the King and Estates of Parliament in November one thousand five hundred and ninety-seven years, to the mails and duties of his said bishopric for the years one thousand five hundred and ninety-eight, one thousand five hundred and ninety-nine, one thousand six hundred, one thousand six hundred and one, and one thousand six hundred and two, which mails and duties had been claimed by the said Collector in virtue of the annexation of church lands to the Crown. Said decret is dated 1st February 1603.

CCLII. Carta concessa per David Dempster olim de Pethill civem Civitatis Brechinensis cum consensu Elspetae Ramsay suae sponsae et Alexandri Brechinensis

episcopi domini sui superioris, sub reversione et provisionibus in contractu inito inter ipsum cum consensu dictae suae sponsae et Jacobum Dempster suum fratrem germanum et Agnetem Painter ejus sponsam, dictis Jacobo Dempster et Agneti Painter eorumque alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione haeredibusque inter ipsos legitime procreatis seu procreandis quibus deficientibus haeredibus dicti Jacobi et assignatis quibuscunque illius tenementi tam ante quam retro subtus quam supra cum horto horreo bovili et suis pertinentiis tam desuper aedificatis quam aedificandis jacentis ex parte orientali Civitatis Brechinensis inter terras David Dempster pellatoris et haeredum quondam Richardi Dempster ad boream commune antrum descendens ex orientali latere dictae Civitatis versus inferiorem portam ejusdem ad oriens et austrum et communem viam regiam dictae Civitatis ad occidentem cum suis pertinentiis; tenendi de dicto episcopo Brechinensi et suis successoribus aut aliis quibuscunque jus superioritatis eorundem pro tempore habentibus in feudifirma haereditarie imperpetuum. Reddendo inde annuatim dicto Brechinensi episcopo et suis successoribus summam viginti solidorum . . . monetæ Scotiae ad duos anni terminos consuetos. Haec carta habens in se praeceptum saisinae Joanni Noray praeceptori domus Dei in Brechin ballivo data est coram his testibus magistro Joanne Merschell ministro apud Brechin David Dempster pellatore ibidem Villedmo Bruce textore ibidem Patricio Bwyerss Joanne Thomsoun cive ibidem dicto Joanne Noray et Georgio Wricht notariis, 23 Martii 1603.

Transumpt of charter by George Wischart senior of Drymme to Alexander Bishop of Brechin and his spouse.

CCLIII. To all and sundrie quhome affeiris . . . Johne Ramsay commissar of Brechin greiting . . . Wit your uniuersities that at the instance . . . off . . . Alexander Bishop of Brechin, I causit dewlie . . . summond . . . all and sundrie quhome the undervreittin chartor concernis . . . be oppin proclamatioun at the mercat croce of Brechin in generall, and in speciall George Wischart, now elder of Drymme, sone and air to umquhill George Wischart, sunntyme of Drymme, maker . . . of the chartor undervreitten . . . to haue compeirit befor me . . . within the cathedrall kirk of Brechin in the judiciall place of

the samyn, upone the nyntein day of Junii m. sex hunderethe and fyue yeiris, to haue ansuerit at the instance of the said Alexander Bischof of Brechin, to quhome . . . the said chartor was grantit . . . to haue hard and sein ane certaine chartor . . . decernit be my decreit to be . . . transumit . . . Off the quhilk chartor . . . the tennour followis : Omnibus . . . Georgius Wischart senior de Drymme . . . Salutem Noueritis me . . . pro certis magnis pecuniarum summis . . . mihi per . . . Alexandrum Brechinensem episcopum et Helenam Clepan ejus sponsam . . . solutis . . . vendidisse . . . et hac presenti carta mea confirmasse . . . memoratis Alexandro Brechinensi episcopo et Helene Clepan sue sponse eorumque alteri diutius viuenti in coniuncta infeodatione heredibusque suis inter ipsos legitime procreatis seu procreandis quibus forte deficientibus heredibus et assignatis dicti Alexandri quibuscunque . . . illam nostram petiam mori seu merresii vulgo Monboy vocati (No. CCXLIV.) Tenendam . . . de me heredibus meis et assignatis in libera alba firma in feodoque et hereditate imperpetuum . . . In cuius rei testimonium huic presenti carte mee manu mea propria subscripte sigillum meum proprium est appensum apud Fendowrie vicesimo tertio die mensis Mercii anno Domini millesimo quingentesimo octuagesimo tertio coram his testibus magistro Dugallo Campbell decano Brechinensi Duncano Campbell suo fratre Thoma Laurence et magistro Andrea Elder notario publico . Sic subscribitur, G. Wischart of Drymme elder. In witnes quherof to thir presentis, subscryuit be Mr. Thomas Ramsay my clark of court and George Wricht my clark substitut notaris, my proper seall of office is appendit, at Brechin the tuentie-sext day of Junii, the zeir of God forsaid, ane thousand sex hundereth and fyue zeiris.

Et ego vero magister Thomas Ramsay clericus commissariatus  
Brechinensis notarius

Et ego vero Georgius Wricht notarius clericus substitutus com-  
missariatus Brechinensis

Carta Episcopi Jacobo Lewingstown de Caldhame .

CCLIV. Omnibus . . . Andreas episcopus Brechinensis dominus superior terrarum  
subscriptarum . . . Salutem Noueritis me cum expresso consensu capituli

ecclesie cathedralis Brechinensis dedisse . . . et hac presenti carta mea confirmasse . . . Jacobo Lewingstoun de Caldhome heredibus suis et assignatis quibuscunque hereditarie totas et integras terras tenementa acras terre et alia respectiue particulariter subscripta videlicet . . . illam tertiam partem terrarum ville de Eister Drwmes (que fuit perprius dicti Jacobi per ipsum ab Andrea Wod filio quondam Valteri Wod de Fettercarn conquesta) ac tertiam partem mori vulgo lie Beschoppis Firthe nuncupati cum . . . pertinentiis earundem quibuscunque jacentes in dominio de Brechin infra vicecomitatum de Forfar, acetiam . . . illam alteram tertiam partem terrarum de Eister Drwmes (perprius quondam Alexandro Ogiluy in feudifirma locatam et per ipsum Alexandrum magistro Andree Leiche rectori de Kilmoir dispositam ac per dictum Jacobum Lewingstoun a dicto magistro Andrea emptam . . . cum altera tertia parte mori vulgo lie Firthe nuncupati cum suis . . . pertinentiis jacente ut supra . acetiam . . . illud tenementum terre vocatum ab antiquo Listeris land, tantam partem eiusdem que occupabatur (per) quondam Jacobum Dempster et Agnetem Painter eius sponsam et nunc per dictum Jacobum Lewingstoun cum horto horreo et pertinentiis eiusdem (No. CCLII.) jacentem infra Ciuitatem Brechinensem ex orientali parte eiusdem inter unam partem dicti tenementi vocati Litsteris land David Dempster pellatori cui dicte Ciuitatis hereditarie spectantem et heredibus quondam Richardi Dempster spectantem ex boreali communem viam regiam dicte Ciuitatis ad occidentem viam que ducit a porta ad lie Litill Myln Dain ex orientali et australi partibus, acetiam illas duas acras terre arabilis ex antiquo dicto tenemento pertinentes . . . jacentes inter dictum Lytill Myln Dane ex boreali alteram acram nunc in hortis redactam et edificatam ex australi lie Common Dean ex orientali et viam predictam que ducit ad lie Myln Dane ex occidentali; quarum acrarum una, videlicet australis acra, perprius spectabat heredibus quondam Thome Bowse in Brechin; quequidem acre nunc per Georgium Wricht notarium occupantur . Quequidem omnes et singule terre . . . fuerunt perprius dicti Jacobi Lewingstoun hereditarie ac quasquidem . . . in manibus meis tanquam in manibus domini sui superioris . . . simpliciter resignauit . . . pro hac presenti noua infeodatione . . . Insuper nos dictus Andreas episcopus Brechinensis cum consensu predicto pro certis pecuniarum summis nobis . . . per dictum Jacobum per-

solutis . . . de nouo . . . damus . . . et hac presenti carta nostra cum consensu predicto confirmamus dicto Jacobo Lewingstoun heredibus suis et assignatis quibuscunque hereditarie . . . predictas duas tertias partes terrarum de Eister Drwmes ac duas tertias partes mori . . . ac etiam dictum tenementum . . . Tenenda . . . in feudifirma . . . hereditarie imperpetuum . . . Reddendo inde annuatim . . . nobis et successoribus nostris . . . pro dicta tertia parte . . . que fuit quondam Alexandri Ogiluy duas cheldras victualium aut saltem decem marcas . . . monete . . . Scotie pro qualibet celdra in optione soluentis ad terminos . . . consuetos tanquam antiquas firmas dicte tertie partis terrarum et mori . . . necnon summam trium solidorum et quatuor denariorum monete predicte in annuam augmentationem nostri rentalis, necnon heredes et assignati dicti Jacobi duplicando dictam feudifirmam primo anno eorum introitus. . . acetiam prestando tres sectas curie annuatim ad nostra tria placita capitalia domini nostri Brechinensis ubicunque tenebuntur, ac similiter deseruendo nobis et nostris successoribus aut nostris baliuis in . . . guerris et exercitiis regalibus toties quoties opus fuerit armati rebus bellicis . . . ac etiam soluendo annuatim pro dicta altera tertia parte terrarum que fuit proprius dicti Andree Wod duas cheldras victualium bine partis farine auenatice et tertie partis hordei aut viginti mercas predictas pro pretio earundem in optione soluentis necnon unam duodenam pullinarum vel quatuor solidos monete predicte pro pretio earundem in optione soluentis unacum summa trium solidorum et quatuor denariorum monete predicte tanquam antiquam deuoriam pro dicta tertia parte terrarum . . . acetiam summam trium solidorum et quatuor denariorum monete predicte in augmentationem nostri rentalis . . . ad duos anni terminos consuetos . . . necnon faciendo omnes alias condiciones et prouisiones, ac soluendo et faciendo omnes alias deuorias et seruitia episcopis de Brechin . . . antea solui et fieri solita . . . necnon heredes dicti Jacobi duplicando dictam feudifirmam . . . primo anno eorum introitus . . . acetiam soluendo annuatim pro dicto tenemento horto horreo et acris terre prescriptis summam trium solidorum et quatuor denariorum usualis monete hujus regni . . . ac etiam soluendo in augmentationem nostri rentalis . . . summam trium solidorum monete predicte . . . Insuper dilectis nostris . . . Joanni Owdny de Kethik . . . baliuis nostris . . . precipimus . . . quatenus . . . sasinam hereditariam . . . dictarum duarum tertiarum partium terrarum ville de Ester Drwmes et duarum

tertiarum partium mori vocati lie Firthe acetiam dicti tenementi horti horrei et duarum acrarum . . . dicto Jacobo Lewingstoun . . . tradatis . . . In cuius rei testimonium huic presenti charte nostre ex chyrographo Joannis Noray notarii publici in Brechin manu nostra necnon manibus dicti capituli in signum eorum consensus ad premissa subscripte sigillum nostrum rotundum unacum sigillo communi dicti capituli est appensum Apud Brechin decimo quinto die mensis Maii anno Domini millesimo sexcentesimo octauo coram his testibus magistro Villelmo Carnegy de Ester Fythe, magistro Thoma Ramsay clerico commissariatus Brechinensis, Joanne Owdny in Ower Petforthe, dicto Joanne Noray .

Andreas Episcopus Brechinensis .  
 M. D. Campbell decanus .  
 Paulus Fraser procentor .  
 Robertus Kynneir vicarius .  
 Joannes Noray thesaurarius .  
 Mr. Jacobus Douglas rector de Glenbaruey .  
 Mr. Thomas Burnet archidiaconus .  
 Andreas Leiche rector Kylmoir .  
 Jacobus Scheuane cancellarius .  
 Mr. Ja. Eliott person of Finewen .  
 Mr. J. Wemyss subdeaconus .  
 Mr. Thomas Glove prepositus de Guthrie .

CCLV. Presentation of Alexander Bissat minister at the kirk of Brechin to the parsonage and vicarage of Kylmoir, with the emoluments, manse, and glebe thereof, by John Livingstoun of Donypace patron thereof, proceeding on the narrative that the persons dwelling formerly within the parish of Kylmoir were then within the parish of Brechin, and there received the word and sacraments, and that the said vicarage and parsonage was vacant by the decease of Mr. Andrew Leich, last parson and vicar thereof. Signed before these witnesses, John Straitoun fiar of Lowrenstoun, David Barclay of Matheris, Patrik Levingstoun of Balrowny, Peter Blair in Lichtownhill, and John Noray notary in Brechin, 26 October, 1611.

solatio destituta, ipsi prout moris est conuenientes in unum, Sancti Spiritus gratia inuocata, dilectum filium Gregorium eiusdem ecclesie archidiaconum, iurium scientia et moribus adornatum, sibi elegerunt canonicè et concorditer in pastorem . Un[de] nobis humiliter supplicarunt, ut eidem electo faceremus munus consecrationis impendi . Nos, igitur, de discretione tua gerentes fiduciam pleniorè fraternitati tue per apostolica scripta mandamus quatinus, de ipsius electionis modo, eligentium studiis, et electi meritis, ueritate plenius inquisita, si electionem ipsam inueneris de persona ydonea, que tanto congruat oneri et honori, canonicè celebratam, ipsam auctoritate nostra confirmes, et adiunctis tibi duobus uel tribus conuicinis episcopis, eidem Electo munus consecrationis impendas . Datum Laterani, xviii. Kalendas Januarii Pontificatus nostri anno tertio . [A.D. 1219.]

CCCCXII. Bull of Innocent IV., setting furth that the Canons of the Church of Brechin having met together on the vacancy of the See to treat concerning the appointment of the future Bishop, had unanimously conferred the power of providing a pastor to that church on three of their number, who had requested that Albinus, preceptor of that Church, a man, as they stated, careful, discreet, and prudent both in spiritual and temporal matters, and born of unmarried parents, should be appointed its pastor; that the Chapter of that Church, therefore, on the ground that not only did his merits require it, but also because O., the Bishop of Porto and legate of the Apostolic See in these parts, had thought him worthy of having a dispensation to receive orders and to hold ecclesiastical benefices, even though they had the cure of souls attached to them, had humbly petitioned the Pope to dispense with the defect of the postulate's birth, in accordance with their demand, and to give him consecration; therefore, although the said master Albinus was much commended for his life, manners, and learning, and so was worthy of obtaining the favour of this dispensation, yet because it was written, "Lay hands suddenly on no man," the Pope commands the bishops of St. Andrews, Glasgow, and Dunkeld, after having first instituted a careful enquiry as to whether the postulation had been canonically made, and whether the postulate had the character and learning

fitting him for the government of the church of Brechin, to give the dispensation and consecration sought according to the canons, and to make his subjects shew him due reverence and obedience, taking from him, in the name of the Pope and the Church of Rome, the usual oath of fidelity, according to the form sent inclosed in the bull, and sending back by a proper messenger, as soon as possible, to the Pope the form of the oath sealed with the seal of the postulate; otherwise, if the postulation were rejected, to cause due provision be made for that church by canonical election. Dated at Lyons, 19th July, in the fourth year of the Pope's consecration. [A.D. 1247.]

Concessio Abbati et Conventui de Lyndore .

CCCCXIII. Alexander IV. Abbati et Conventui Monasterii de Lyndore ordinis Sancti Benedicti Sancte Andree diocesis . Significastis nobis quod vos ecclesiam de Dunde Brethinensis diocesis in usus proprios obtinetis, in qua perpetua vicaria auctoritate ordinaria est taxata in ea perpetuo vicario ejusdem ecclesie, de ipsius proventibus assignata portione ex qua commode sustentari potest et tam episcopalia quam alia ipsius ecclesie onera supportare . Nos vestris supplicationibus inclinati, ne diocesanus vel archidiaconus loci, occasione predictorum onerum que dictus vicarius supportare tenetur, aliquid de portione quam vos in eadem ecclesia obtinetis exigere vel ipsam portionem sequestrare presumant, auctoritate presentium districtius inhibemus . . . Datum Laterani, iij Idus Februarii, anno tertio . [A.D. 1257.]

CCCCXIV. Bull of Pope John XXII. stating that the care of all the churches, and especially of those immediately subject to the Church of Rome, imposed upon him by his office, rendered him solicitous to make provision for them when they were vacant; that, having it in view that a proper and useful person should preside over the Church of Brechin which belonged to the Church of Rome, he had reserved to the disposal of himself and the Apostolic See the provision of that church, on its becoming vacant, by the death of John, then its bishop, or

otherwise ; that, accordingly, on the death of Bishop John, he had turned his eyes upon Adam, now Bishop of Brechin, a doctor in Canon Law, and remarkable for his many virtues, as a proper person for him, after careful consultation with his brethren, to appoint to the presidency of that Church and the defence and augmentation of its rights ; and therefore appointing him bishop accordingly ; and, since he had caused him to be ordained by William, Bishop of Sabina, granting him the administration of the spiritual and temporal affairs of the church, and commanding him to proceed to the church, and so to bear himself in its administration, instructing the Lord's flock in the doctrine of word and work, that that Church might rejoice in being committed to the care of a wise governor and fruitful administrator. Dated at Avinion, 31st October, in the thirteenth year of the Pope's consecration. [A.D. 1328.]

Mandates to the chapter, clergy, and people of the city and diocese of Brechin, to receive the Bishop as the shepherd of their souls, and to render him all due obedience and reverence, else his sentence against rebels would be ratified by the Pope. Dated as above.

Mandate to the vassals of the Bishopric to observe due fidelity to the Bishop, and to render to him the usual services due by them, under the like penalty. Dated as above.

Letter to Robert, King of Scots, requesting and exhorting him, since it is virtuous to favour and reverence God's servants, to afford the Bishop the aid of his kindly good will. Dated as above.

CCCCXV. Bull of Pope John XXII. conferring on William de Palmur, canon of Brechin, on account of the many virtues for which he was commended to the Pope, a canonry and prebend in the Church of Brechin, with all the rights belonging to them, which were vacant by the death at the Apostolic See of their former possessor, Thomas de Northam, canon of that church, and, before that vacancy, had been reserved by the Pope to his own collation ; dispensing with all statutes and customs of the church of Brechin to the contrary, and giving him a preference in the obtaining of this canonry and prebend over any who were received, or insisted to be received, as canons of that church, through Apostolic

or any other authority, notwithstanding they might have obtained special letters of the said See or its Legates concerning provision being made to them of canonries and prebends in that church, or general letters concerning ecclesiastical benefices in these parts, to whatever extent proceedings might have been carried on these letters, but without prejudice to such parties obtaining other canonries, prebends, and benefices; declaring that the Bishop and Chapter of Brechin should not be bound to receive any person, or to make provision to any party of canonries or prebends in that church, or of other ecclesiastical benefices in their collation, unless by Apostolic letters making full and express mention of this indulgence; allowing the said William de Palmur, if absent, to take the usual oath for observing the statutes and customs of that church by a fit procurator, he taking the oath himself when he arrives there; and this, notwithstanding that he was known to hold the archdeaconry of Dunkeld, and a canonry in the church of Moray in the expectation of a prebend. Dated at Avinion, 28th November, in the fourteenth year of the Pope's consecration. [A.D. 1329.]

Mandate to the Bishop and Dean of Dunkeld, and Mr. William Comyn, Archdeacon of Lothian, the Pope's chaplain, to induct the said William de Palmur into the possession of the above canonry and prebend and all its rights and revenues, and to see to his being received to the said prebend as a canon and brother in the foresaid church of Brechin, having a stall in the choir and a place in the chapter assigned to him. Dated as above.

CCCCXVI. Bull of Pope Clement VI. conferring upon Robert de Kethenis, canon of Brechin and a scholar in arts, on account of the merits for which he was commended to the Pope, a canonry in the church of Brechin, in which there was no one having the authority of papal letters waiting for a prebend; reserving to Apostolic donation any prebend in that church, then vacant or to become vacant, for bestowal upon the said Robert if he or his procurator shall think proper to accept it within a month after the vacancy becomes known to them; prohibiting the Bishop and Chapter of Brechin, who had the right of presentation and collation to prebends in that church, from disposing of the prebend in

question, until they were certified of the said Robert's refusal to accept it; dispensing with the statutes and customs concerning a certain number of the canons and any others belonging to that church, which are contrary hereto, even though they be ratified by oath, Apostolic confirmation, or otherwise, and with the claims of any parties received, or insisting to be received, through Apostolic or other authority, as canons of that church, or having special letters of the Apostolic See or its legates concerning the making provision to them of prebends in that church, or general letters concerning ecclesiastical benefices in these parts, to whatever extent proceedings might have been carried on these letters; willing that the said Robert be preferred to all such in the obtaining of this prebend, unless, by the Pope's authority, they have been received as canons, or are waiting prebends in that church, but without prejudice to their obtaining other prebends and benefices; dispensing, also, with any indulgence of the said See to the said Bishop, Chapter, and others, who shall not be bound to the reception or provision of any one to canonries and prebends in that church, or other ecclesiastical benefices in their collation, except by Apostolic letters making express and *verbatim* mention of this indulgence, and dispensing with any special or general indulgence of the said See, not particularly mentioned in the Pope's letters and impeding or postponing the accomplishment of this mark of the Pope's favour; and empowering the said Robert to take the usual oath in his absence by a procurator, he taking it personally when he arrives at the church. Dated at Avinion, 22d January, in the third year of the Pope's consecration. [A.D. 1345.]

Mandate to the Abbots of Abyrbrothok and Cupar, and the Dean of Dundeld, to cause the said Robert de Kethenis to be received as a canon and brother in the said church, assigning him a stall in the choir and a place in the chapter, and to induct him into the possession of the said prebend, if vacant, or on its becoming vacant, with all its rights and revenues, and to defend him therein. Dated as above.

CCCCXVII. Dispensation by Clement VI. conferring on David de Fowlarton, clerk of the diocese of Brechin, the power to accept and hold an ecclesiastical benefice

with or without cure in the presentation of the Bishop, Prior, and Chapter of St. Andrews, the income of which, if with the cure of souls, shall not exceed twenty-five marks sterling yearly, or, if without the cure of souls, eighteen marks sterling, and that within a month after the vacancy of any such benefice, if he think proper to accept of it; reserving the same from the collation and presentation of the saids Bishop, Prior, and Chapter, until the said David certify them of his unwillingness to accept it. Dated at Auinion, 19th April, in the seventh year of the Pope's consecration. [A.D. 1349.]

Mandate to the Bishops of Brechin and Dumblane and the Archdeacon of Aberdeen, requiring them to execute the said Bull. Dated as above.

CCCCXVIII. Bull of Pope Clement VI. setting furth that he had reserved for his own disposal the provision to the church of Brechin, held by the deceased Adam, Bishop of Brechin, on its becoming vacant; that, afterwards, however, on the death of Bishop Adam, the chapter of that church, in ignorance of this reservation, had unanimously elected Philip dean of that church, who was in the order of the priesthood, to be Bishop; that the said Philip, in the like ignorance, had consented to the election, but, on being informed of the above reservation, had come before the Apostolic See and explained the matter to the Pope in consistory; that the Pope, then, holding this election to be invalid, as being, *de facto*, attempted to be carried through after and in the face of the foresaid reservation, yet being anxious to preserve that church from the inconveniences of a prolonged vacancy, and having earnestly considered the said Philip's virtues and knowledge of letters, for which he was commended, and the unanimous election of the chapter, after careful deliberation with his brethren, appoints him Bishop of the Church of Brechin, committing to him the care of its spiritual and temporal affairs, in the full confidence that it would be prosperously, humbly, and devotedly governed by him. Dated at Avinion, in the eighth year of the Pope's consecration, 20th February. [A.D. 1350.]

Mandates to the chapter, clergy, and people of the city and diocese of Brechin, to receive the said Philip elect of Brechin as their Bishop and the

shepherd of their souls, and to render him all due obedience and reverence.  
Dated as above.

Letter to David King of Scotland, beseeching him to shew favour to the Bishop elect. Dated as above.

CCCCXIX. Bull of Pope Clement VI. in the same terms, and granted for the same reasons as are narrated in the preceding Bull, appointing Patrick de Locrys, Bishop elect of Brechin, and a canon of the church of St. Andrews of the order of St. Augustine, to be Bishop of Brechin in the room of the foresaid Bishop Philip, deceased. Dated at Avinion, 17th November, in the tenth year of the Pope's consecration. [A.D. 1351.]

Mandate to the Chapter of Brechin to reverence and obey the Bishop as the shepherd of their souls. Dated as above.

Letter to David King of Scotland, beseeching him to give the Bishop his kingly protection and favour. Dated as above.

Mandate to the Bishop, whom the Pope had caused to be consecrated by Bertrand Bishop of Sabina, to proceed to his church, and to study to bear himself diligently and carefully in its administration. Dated at Avinion, 11th December of the same year.

CCCCXX. Bull by Innocent VI. in favour of William de Grenlaw, Archdeacon of Brechin and Master of Arts, ordering the execution of a Bull emitted by Clement VI. on the second of March, in the seventh year of his pontificate, which reserved for his own collation and disposal the Archdeaconry of Brechin, then held by Donald de Marre the last Archdeacon, as soon as the same should become vacant, and stated that, after the said Archdeaconry had become vacant by the decease of the said Donald, who died *extra Romanam curiam*, a certain Laurence de Erole, deporting himself as Archdeacon of the said church, had for a year and more held and continued to hold the said Archdeaconry on the pretext of a certain collation made by authority of the ordinary in his favour, while no one had power to dispose thereof but the said Pope Clement, who



being desirous to confer a special favour on the said William de Grenlaw, a proficient in Canon Law, and well commended to the Pope, on the testimony of trustworthy persons, for his knowledge of letters, the probity of his life and morals, and other meritorious and virtuous deserts, had, for these reasons, and for the sake of Johanna, Queen of Scotland, who besought the said Pontiff on behalf of the said William de Grenlaw, her beloved clerk, on the twenty-seventh day of February of the tenth year of his Pontificate, bestowed on the said William de Grenlaw the foresaid vacant Archdeaconry with all its rights and pertinents, dispensing with all constitutions, statutes, and customs of the churches of Brechin and Glasgow to the contrary; and notwithstanding he held a canonry, in the expectation of a prebend, in the church of Aberdeen, besides the deanery of Glasgow, empowering him to hold the said Archdeaconry in conjunction with the said Deanery; it being provided by both Popes that the said Archdeaconry and Deanery should not be defrauded of the services due to them. Dated at Villanova, in the diocese of Avinion, 20th May, in the first year of the Pope's consecration. [A.D. 1353.]

Mandate following thereon, directing the Bishops of Glasgow and Ross, and the Sacristan of the church of Avinion, to induct the said William de Grenlaw into the corporal possession of the said Archdeaconry, with all the rights and emoluments belonging thereto. Dated as above.

Indulgentia Johanni de Mongombro et Elene More ut in matrimonio maneat .

CCCCXXI. Innocentius VI. etc. venerabili fratri . . . Episcopo Brechinensi etc. . Petitiō pro parte dilecti filii Johannis de Mongombro laici et dilecte in Christo filie Elene More mulieris tue diocesis nuper nobis exhibita continebat, quod ipsi diu ignorantes aliquod impedimentum inter eos existere, quominus licite possent invicem matrimonialiter copulari, matrimonium per verba de presenti in facie ecclesie, nemine se opponente, invicem publice contraxerunt, illudque carnali copula consummârunt, et prolem exinde etiam procreârunt . Cum autem postmodum, sicut eadem petitiō subjungebat, ad ipsorum Johannis et Elene notitiā sit deductum, quod ipsi in quarto sunt consanguinitatis gradu

conjuncti, propter quod in sic contracto matrimonio licite remanere [non valeant] dispensatione super hoc non obtenta, nobis pro parte ipsorum Johannis et Elene fuit humiliter supplicatum, ut providere eis super hoc de oportune dispensationis beneficio dignaremur . Nos, itaque, hujusmodi eorum supplicationibus inclinati, fraternitati tue, de qua plenam in Domino fiduciam obtinemus, ex certis causis pro parte ipsorum Johannis et Elene nobis expositis, per Apostolica scripta committimus et mandamus quatinus, si est ita cum eisdem Johanne et Elena, ut impedimento, quod ex dicta consanguinitate provenit, non obstante, in dicto matrimonio licite remanere valeant, auctoritate nostra dispenses, prolem susceptam et suscipiendam ex dicto matrimonio auctoritate eadem licentem decernendo . Datum apud Villamnovam Avinionensis diocesis, quarto Kalendas Junii, anno secundo . [A.D. 1354.]

CCCCXXII. Indulgence by Innocent VI. to William de Greenlaw Archdeacon of St. Andrews and Master in Arts, to retain the said Archdeaconry, which the Pope had by a prior Bull conferred upon him, and the Deanery of Glasgow, which the said prior Bull had held him bound to demit, in conjunction with a canony and prebend in the church of Moray; providing, however, that the said Archdeaconry and Deanery were not defrauded of the services due to them; it having been required by the said prior Bull that, having obtained the Archdeaconry of St. Andrews, he should resign all right to the Archdeaconry of Brechin, to which he had been provided, on its being vacant, although he never obtained possession of it. Dated at Villanova in the diocese of Avignon, 6th June, in the fifth year of the Pope's consecration. [A.D. 1367.]

Concessio Jacobo Scotorum Regi .

CCCCXXIII. Martinus V. etc. . Carissimo in Christo filio Jacobo Regi Scotorum illustri Salutem etc. . Venerabilem fratrem Johannem Episcopum Brechinensem et dilectum filium Thomam Myrtonum decanum Glasguensem oratores tue serenitatis ad nos accedentes cum literis tuis libenter vidimus, et grato animo audi-

vimus ea que ex ipsius serenitatis parte exposuerunt; nobis fuerunt enim grata admodum que de tuo bono statu et prosperitate dixerunt, et de tua erga nos et Sedem Apostolicam deuotione . Cum enim diligamus personam tue celsitudinis tanquam peculiarem nostrum et ecclesie filium caritate paterna, merito letamur in Domino quando referuntur auribus nostris ea que cupimus de tua sublimitate . In his autem que prefati oratores postulârunt a nobis quantum cum Deo potuimus et honore nostro exaudire conati sumus tua nota; concessimus enim tibi inter cetera medietam omnium pecuniarum que ad nos spectant et debentur nobis usque ad Festum Resurrectionis Domini nostri Jhesu Christi proxime preteriti, ut tua deuotio possit cum illis tuis necessitatibus succurrere . Vellemus ut ecclesia esset in eo statu ut possemus ampliora facere, sed multa nos urgent undique ut quod pro tua serenitate optaremus facere nequeamus . De his vero que spectant ad venerabiles fratres nostros Sanctae Romanae Ecclesie Cardinales, remissionem facere non possumus cum honore nostro . Nulla enim honestas patitur nos bona alterius remittere vel donare . Ceterum oratores ipsi revertuntur cum benedictione nostra plenius informati ad serenitatem tuam, cui circa status sui regnique conservationem ac pacem et quietem in singulis paterna benevolentia cupimus complacere . Datum Rome, etc. . [A.D. 1417-31.]

CCCCXXIV. Indulgence by Nicolas V. narrating that by certain letters he had ordered Andrew de Fiffe, perpetual vicar of the parish church of Marynton in the diocese of Brechin and Master in Arts, to be provided, on account of his knowledge of letters, the probity of his life and morals, and other praiseworthy and meritorious deserts, with one or two ecclesiastical benefices, then vacant or to become vacant, in the presentation of the Bishops of Dunkeld and Brechin, and the deans, archdeacons, chapters, canons, and parsons thereof, although one of these benefices should have a cure, or should be a dignity or office in a cathedral, or either of them a canonry and prebend in a collegiate church, but not the next after the episcopal dignity, providing the emoluments of one or both, if with cure, should not exceed twenty-five, or if without cure, eighteen marks sterling yearly; and, farther, of his own accord, and not at the request of

the said Andrew de Fiffe, or of any other on his behalf, extending the application of the saids letters to a benefice or benefices in the presentation of the Abbot and Convent of the Monastery of St. Thomas the martyr of Abbribroth of the order of St. Benedict in the diocese of St. Andrews, although the said benefice or benefices were wont to be assigned to secular clerks; of new giving him power to accept of such benefice or benefices when vacant; empowering the executors of the Bull also to provide him thereto; and authorising him to hold the same in conjunction with the perpetual vicarage of the said parish church of Marynton then held by him, the revenues of which did not exceed the annual value of six pounds sterling, or on his demission thereof to hold any two other incompatible benefices, even if they are parish churches or their perpetual vicarages or dignities or offices in cathedrals or metropolitan and collegiate churches, although such dignities in the cathedrals and metropolitan churches should be the next after the episcopal, or have the cure of souls, or be incompatible in any other manner whatever; the parish churches and their vicarages and such like being held alternately during seven years, and the others for life; empowering him also to demit the same at his pleasure, and to accept and hold in the same manner other similar or dissimilar benefices, and that notwithstanding a certain ordinance was formerly issued by the said Pope prohibiting any persons, except those therein mentioned, of whom the said Andrew de Fiffe is not one, from holding such incompatible benefices; dispensing also with all Apostolical constitutions, or other statutes and customs of churches contrary hereto; it being provided, however, that the saids vicarage and incompatible benefices shall not be defrauded of the services due to them and of the cure of souls, and that the vicarage shall not be neglected; and willing, moreover, that the said Andrew de Fiffe, when he wishes to exchange one of these two parish churches or vicarages for another ecclesiastical benefice, shall be bound wholly to demit, within the foresaid space of seven years, that one of them which he first obtained, and which, it is declared, should be vacant at the end of the said space. Dated at St. Peter's, at Rome, 14th June, in the first year of the Pope's pontificate. [1447.]

Indulgentia Willelmo Forbes canonico .

CCCCXXV. Nicolaus V. etc. . Venerabilibus fratribus Anconitansi et Brechinensi Episcopis, ac dilecto filio priori ecclesie Sancti Andree Salutem etc. . Nobilitas generis, vite ac morum honestas, aliaque laudabilia probitatis et virtutum merita, super quibus dilectus filius Willermus Forbes canonicus Dunkeldensis apud nos fidedigno commendatur testimonio, nos inducunt ut sibi reddamur ad gratiam liberales . Hodie siquidem motu proprio singulos primo vacaturos singularum Dunkeldensis et Moraviensis ecclesiarum canonicatus et prebendas collationi et dispositioni nostre ea vice auctoritate apostolica specialiter reservamus, prout in nostris inde confectis litteris plenius continetur . Nos igitur volentes dicto Willermo, qui, ut accepimus, carissimo in Christo filio nostro Jacobo Regi Scotie illustri in secundo et tertio consanguinitatis gradibus conjunctus, ac venerabilis fratris nostri Jacobi Episcopi Sancti Andree nepos existit, premisorum meritorum suorum intuitu gratiam facere specialem motu simili, non ad ipsius Willermi vel alterius pro eo nobis super hoc oblate petitionis instantiam, sed de nostra mera liberalitate, discretioni vestre per apostolica scripta mandamus, quatinus vos, vel duo aut unus vestrum, per vos, vel alium seu alios, canonicatus et prebendas predictos cum simul vel successive vacaverint cum plenitudine juris canonici ac omnibus juribus et pertinentiis suis prefato Willermo auctoritate nostra conferre et assignare curetis . . . facientes Willermum, vel pro ipso procuratorem predictum, ad singulas prebendas hujusmodi in dictis ecclesiis in canonicum recipi etc. . . Datum Rome, apud Sanctum Petrum, anno Domini millesimo quadringentesimo quadragesimo sexto, vi Idus Martii, Pontificatus nostri anno tertio . [A.D. 1449 ?]

CCCCXXVI. Indulgence by Nicolas V. to Robert de Seras, a layman of the diocese of Brechin, who in his youth had contracted marriage *per verba de presenti* with a widow since dead, by whom he had had several children, but being possessed of learning, was now anxious to live in continence, to be enrolled for clerical service, and to serve the Most High for ever, allowing him to receive and hold

two simple ecclesiastical benefices, although they were canonries or prebends in cathedral or collegiate churches, provided they were canonically conferred on him, and were not defrauded of the services due to them. Dated at St. Peter's, at Rome, 21st February, 1449.

Collatio Walteri Stevart decanatus Ecclesie Brechinensis .

CCCCXXVII. Nicolaus V. etc. dilecto filio Waltero Stevart decano ecclesie Brechinensis in utroque jure bacallario Salutem etc. . Nobilitas generis, litterarum scientia, vite ac morum honestas, aliaque laudabilia probitatis et virtutum merita, super quibus apud nos fidedigno commendaris testimonio, nos inducunt ut tibi reddamur ad gratiam liberales . Dudum siquidem omnes dignitates in cathedralibus ecclesiis post pontificales majores tunc vacantes et in ante vacaturas collationi et dispositioni nostre reservamus . . . Cum itaque postmodum decanatus ecclesie Brechinensis, qui dignitas major post pontificalem existit, et quem quondam David Crannoch, ipsius ecclesie decanus, dum viveret obtinebat, per obitum ejusdem David, qui extra Romanam curiam diem clausit extremum, vacaverit, et vacet ad presens . . . Nos volentes tibi, qui, ut asseris, de nobili genere procreatus, ac carissimi in Christo filii nostri Jacobi Scotorum regis illustris consanguineus existis . . . gratiam facere specialem, ac omnia et singula beneficia ecclesiastica cum cura et sine cura, que etiam ex quibusvis apostolicis dispensationibus obtines et expectas, ac in quibus et ad que jus tibi quomodolibet competit, quecumque, quotcumque, et qualiacumque fuerint, eorumque fructum . . . veros annuos valores ad dispensationum hujusmodi tenores presentibus pro expressis habentes, decanatum predictum, ad quem quis per electionem assumi consuevit, et cui cura immineat animarum, ac cuius fructus . . . triginta librarum sterlingorum secundum communem estimationem valorem annum, ut etiam asseris, non excedunt . . . cum omnibus juribus et pertinentiis suis, apostolica tibi auctoritate conferimus, et de illo etiam providemus . . . et nihilominus venerabili fratri nostro Episcopo Sancti Andree, et dilectis filiis Sancti Andree et Brechinensi officialibus per apostolica scripta mandamus, quatinus ipsi . . . te, vel procuratorem tuum tuo nomine, recepto

tamen prius a te, juxta formam inferius annotatam, nostro et Romane Ecclesie nomine, fidelitatis debite solito juramento, in corporalem possessionem decanatus juriumque et pertinentiarum predictorum inducant auctoritate nostra; et defendant inductum . . . Volumus autem quod, quamprimum dicti decanatus possessionem fueris vigore presentium pacificam assecutus, canonicatum ecclesie Aberdonensis et prebendam de Banchreduony in eadem, quorum fructus . . . quindecim librarum Sterlingorum similium secundum extimationem predictam valorem annum, ut similiter asseris, non excedunt, et quos inter cetera obtines, quosque extunc vacare decernimus omnino, prout etiam ad id te sponte obtulisti, dimittere tenearis. Formam autem juramenti predicti, ut per eam plenius informeris, presentibus inseri fecimus, cujus tenor de verbo ad verbum sequitur, et est talis:—Ego Walterus Stewart decanus ecclesie Brechinensis ab hac hora, ut in antea, fidelis et obediens ero beato Petro, sancteque Apostolice Romane Ecclesie, ac domino meo domino Nicolao Pape V. et ejus successoribus canonicè intransibus: non ero in concilio, consensu, tractatu, vel facto, ut vitam perdant aut membrum, seu quod contra alicujus eorum personam, vel in ipsorum aut ecclesie ejusdem sive Sedis Apostolice auctoritatis, honoris, privilegiorum, jurium, vel apostolicorum statutorum, ordinationum, reservationum, dispositionum, seu mandatorum, derogationem vel prejudicium, machinationes aut conspirationes fiant; et si ac quotiens aliquod horum tractari scivero, id ne fiat pro posse impediam, et quamtocius commode potero eidem domino nostro, vel alteri per quem ad ipsius notitiam pervenire possit, significabo; consilium, vero, quod mihi per se aut nuncios seu litteras credituri sunt, ad eorum dampnum, me sciente, nemini pandam; ad retinendum et defendendum Papatum Romanum et regalia Sancti Petri contra omnem hominem adjutor eis ero; auctoritatem, honorem, privilegia et jura, quantum in me fuerit, potius augere et promovere, statuta, ordinationes, reservationes, dispositiones, et mandata hujusmodi observare, et eis intendere curabo; legatos sedis ejusdem honorifice tractabo, et in suis necessitatibus adjuvabo; hereticos ac scismaticos, ut qui alicui ex Domino nostro successoribusque predictis rebelles fuerint, pro viribus persequar et impugnabo. Sic me Deus adjuvet, et hec Sancta Dei Evangelia . . . Datum Rome, apud Sanctum Petrum, anno incarnationis Dominice millesimo quadringentesimo quinquagesimo quarto, tertio decimo Kalendas Maii, Pontificatus nostri anno octavo.

CCCCXXVIII. Indulgence by Nicolas V. to William Forbes dean of Brechin, narrating that he had reserved to his own disposal all the greater dignities that were or should be vacant in cathedral churches except the episcopal; that the deanery of the church of Brechin, being the principal dignity therein and formerly held by Walter Steuart, was vacant by his decease *extra Romanam curiam*; that the said William Forbes was about twenty years of age, a kinsman of James King of Scots, of baronial family, a student at Paris, and a nephew of James bishop of St. Andrews, who desired for him some mark of special favour; therefore conferring on the said William Forbes the said deanery of Brechin, to which it was customary for one to be introduced by election, which had the cure of souls, the revenues of which did not exceed thirty pounds sterling yearly, and which was vacant by the death or resignation of the foresaid Walter and of David Cramnok, or by the constitution of Pope John XXII. beginning "Execrabilis;" dispensing with the constitutions of Pope Boniface VIII., and all other Apostolic constitutions, as also the statutes and customs of the said church, though confirmed by oath, apostolic confirmation, or any other power, if contrary to this indulgence; willing him to be preferred to all others claiming right to this deanery by special or general letters of the Apostolic See or its legates, but without prejudice to the acquirement by such parties of other dignities or benefices; declaring that the Bishop and Chapter of Brechin should in nowise be bound to receive any other on account of any indulgence granted by the said See, nor be interdicted nor excommunicated therefor, and that none should be provided to the dignities of the said church or other ecclesiastical benefices belonging to the collation of the said Bishop and Chapter by Apostolic letters, if such letters did not make express mention of this indulgence, or by means of any other general or special indulgence of the said See of whatever tenor, by which the effect of this indulgence might be impeded or delayed; allowing him, if absent, to give the usual oath for observing the statutes and constitutions of the said church by a suitable procurator, until he should personally give it thereat; dispensing with the defect of his age; but providing always that the deanery should not be defrauded of the services due to it; and giving mandate to the Prior and



Official of St. Andrews and to the Archdeacon of Dumblane to induct him into the possession of the said deanery accordingly. Dated at St. Peter's, at Rome, in the eighth year of the Pope's consecration, 8th October, 1454.

CCCCXXIX. Presentation, in like manner, by Pope Nicolas V. in favour of Hugh de Douglas, a clerk of the diocese of St. Andrews, and of noble race by both parents, to a canonry in the church of Brechin and the prebend of Guthen therein, with their revenues not exceeding six pounds sterling yearly, which the Pope had reserved to his own collation in the event of their being resigned by the foresaid William Forbes on his attaining the deanery of the said church, because they could not be held in conjunction therewith. Dated at St. Peter's, at Rome, 8th October, in the eighth year of the Pope's pontificate, 1454.

Confirmatio Indulgentie Gilberto Forstar archidiacono Brechinensi .

CCCCXXX. Calistus III. etc. ad futuram rei memoriam . Rationi congruit et convenit honestati, ut ea que de Romani Pontificis gratia processerunt, licet ejus superveniente obitu litere apostolice confecte non fuerint super illis, suum tamen consequantur effectum . Dudum siquidem . . . Eugenius Papa quartus predecessor noster . . . Gilbertum Forstar, archidiaconum ecclesie Brechinensis, in artibus magistrum, de nobili baronum genere procreatum, in suum et Sedis Apostolice recepit accolitum, sibi que diversa priuilegia ac protectionem specialem sedis predicte ex certis causis, tam pro se quam familiaribus beneficiis rebus et bonis suis, et indulta concessit aliaque fecit, prout in literis desuper confectis plenius continentur . Et deinde . . . Nicolao Pape V. etiam predecessori nostro pro parte dicti Gilberti exposito, quod ipse contra tenores et effectus dictarum literarum et concessionem dubitabat se tempore procedente . . . molestari posse, et pro parte tunc dicti Gilberti prefato Nicholao predecessori humiliter supplicato, ut priuilegiis exemptionibus et indultis . . . predictis . . . pro eorum subsistentia firmiori robur apostolice confirmationis adjicere . . .

dignaretur, prefatus Nicholaus . . . sub data diei, quinto Kalendas Aprilis, Pontificatus sui anno sexto, literas privilegiorum exemptionum et indultorum ac concessionis predictorum . . . per suas literas, si super hoc confecte fuissent . . . confirmavit et sui scripti patrocinio communivit . . . defectus, qui intervenissent in eisdem, supplendo; et nihilominus eidem Gilberto sub dicta data, ut quecumque duo beneficia ecclesiastica cum cura vel sine cura, etiam si canonicatus et prebende, dignitates, personatus, perpetue administrationes vel officia in Cathedralibus, etiam metropolitanis seu collegiatis ecclesiis hujusmodi principales forent, et ad dignitates, personatus, administrationes, vel officia hujusmodi consuevissent qui per electionem assumi, eisque cura immineret animarum, que ipse Gilbertus tunc in quibusvis ecclesiis siue locis obtinebat et in posterum obtineret, cum quibuscunque personis, pro quocumque seu quibuscunque alio vel aliis ecclesiastico vel ecclesiasticis beneficio seu beneficiis simili vel similibus aut dissimili vel dissimilibus, etiam ex quavis causa specialiter vel generaliter reservatis, in cujuscunque ordinarii loci siue ecclesiastici prelati, aut cathedralis ecclesie canonici quem ad id elegerit, manibus, prefate sedis et cujuscunque alterius licentia super hoc minime requisita, simpliciter vel ex causa permutationis, in qua tamen resignatione nulla illicita pactio interveniret seu corruptela, resignandi, necnon ordinario prelati seu canonico prefato resignationem hujusmodi, simpliciter vel ex causa permutationis, auctoritate sua recipiendi et admittendi, necnon beneficia predicta, cui illa resignaret seu cum quo permutaret, ac beneficium seu beneficia hujusmodi, que persona predicta taliter resignasset, etiam si illa similia in omnibus qualitatibus ut prefertur forent, sibi et persone predictae, ex causa et auctoritate premissis, conferendi et de illis etiam providendi, aliaque . . . necessaria . . . faciendi . . . quibuscunque de beneficiis accolitorum et cappellanorum nostrorum et dicte sedis et quorumcumque officialium ejusdem sedis, et quibuscunque aliis generalibus vel specialibus per nos aut sedem predictam factis seu faciendis reservationibus et constitutionibus . . . apostolicis, necnon ecclesie vel ecclesiarum, in qua seu quibus beneficium seu beneficia hujusmodi forsitan foret seu forent, juramento confirmatione apostolica vel quacumque firmitate alia roboratis statutis et consuetudinibus ceterisque contrariis nequaquam obstantibus, auctoritate apostolica eidem Gilberto et persone predictae,

etiam si persona ipsa dicte sedis officialis foret, tenore suarum, si super hoc confecte fuissent, literarum licentiam concessit acetiam facultatem . Voluit autem dictus Nicholaus predecessor, quod ordinarius prelatus seu canonicus antedictus de personis quibus beneficia hujusmodi per easdem simplices resignationes vacantia conferrent, ac illarum nominibus et cognominibus, necnon diebus collationum hujusmodi, gentes Camere apostolice seu collectorem aut subcollectorem fructuum et proventuum eidem camere debitorum, in partibus illis pro tempore deputatum, quantotius certificare procurarent . Ceterum prefatus Nicholaus predecessor eidem Gilberto, ut in Romana curia seu loco ubi studium vigeret generale residendo, seu ipsius Nicholai predecessoris et Romane ecclesie servitiis . . . in dicta curia vel extra eam, aut carissimi in Christo filii nostri Jacobi Regis Scotorum illustris obsequiis insistendo, ad residuum in alio vel aliis beneficiis quibuscumque, etiam si ex fundatione consuetudine statuto vel de jure dictus Gilbertus ad hoc teneretur, per aliquem ex ordinariis locorum vel aliis quibuscumque invitus coarctari seu compelli non posset, auctoritate apostolica tenore suarum, si super hoc confecte fuissent, literarum indulisit . . . apostolicis statutis et consuetudinibus supradictis ceterisque contrariis non obstantibus quibuscumque . . . Et insuper prefatus Nicholaus predecessor, ne dictus Gilbertus contra predictarum, si super hoc confecte fuissent, literarum ac dicti Eugenii literarum tenores . . . per aliquos tempore procedente molestaretur . . . venerabili fratri nostro tunc episcopo Alexandrino et dilectis filiis Abbati Monasterii Sancti Thome Martiris de Aberbrothoc Sancti Andree diocesis ac Archidiacono Ecclesie Dunkeldensis per suas, si super hoc confecte fuissent, literas mandavit, quos etiam executores . . . dictus Eugenius predecessor in literis executorialibus super privilegiis . . . predictis deputavit, quatinus . . . ipsi seu alter eorum . . . tam dicti Eugenii predecessoris quam literas, si super hiis confecte fuissent, executioni debite demandarent, ipsique Gilberto contra quoscumque turbatores . . . assisterent, eundemque Gilbertum juxta illarum continentiam . . . in eisdem . . . defenderent . . . Volumus, et dicto Gilberto apostolica auctoritate concedimus, quod presentes litere ad probandum plene confirmationem . . . hujusmodi omnino sufficiant, nec ad id probationis alterius adminiculum requiratur . Ceterum, ut prefatus Gilbertus presentium literarum nativum sortiatur effectum . . . Episcopo Abbati et

Archidiacono Ecclesie Dunkeldensis prefatis per apostolica scripta mandamus, quatinus ipsi vel duo aut unus eorum, quotiens pro parte dicti Gilberti fuerint requisiti, seu alter eorum fuerit requisitus, tam dicti Eugenii predecessoris quam presentes literas executioni debite demandent, ipsique Gilberto contra quoscumque . . . assistant, eundemque juxta illarum . . . tenores in eisdem . . . defendant . . . Datum Rome, apud Sanctum Petrum, anno millesimo quadringentesimo quinquagesimo quinto, duodecimo Kalendas Maii, Pontificatus nostri anno primo .

CCCCXXXI. Bull by Calistus III. directed to the bishops of Alexandria and Dunkeld and the Dean of Dunkeld, narrating that his predecessor, Nicolas V., had, on the 20th of September, 1453, given orders to confer, in preference to all others, on the said Gilbert Forstar, archdeacon of Brechin, the perpetual vicarage of the parish church of Dundee, in the diocese of Brechin, with its revenues not exceeding thirty pounds sterling yearly, when it should become vacant by the resignation of Richard de Crag vicar thereof, or by the constitution of Pope John XXII. beginning "Execrabilis," provided no one had established a legal right thereto, and that even although the said Gilbert was known to hold the archdeaconry of Brechin and a canonry and prebend in the church of Moray called the subchantorship, the [united] revenues of which did not exceed the value of sixty pounds sterling yearly; and had empowered the said Gilbert to retain these or any other incompatible ecclesiastical benefice or benefices together, provided two of them were not parish churches, and to demit them for others of the like kind: that the said vicarage belonged to the collation of the Apostolic See according to the statutes of the Lateran Council; that the said vicarage was vacant by the decease of the said Richard de Crag *extra Romanam curiam*; therefore willing that the letters of the said Pope Nicolas V. should obtain their due effect, and giving orders to the above mentioned bishops and dean to execute the same, and to induct the said Gilbert Forstar into the corporal possession of the said vicarage with its emoluments. Dated at St. Peter's, at Rome, 20th April, 1455.

Willelmo Forbes decano Brechinensi ad beneficia habenda indultum est .

CCCCXXXII. Calistus III. etc. dilecto filio Wilhelmo Forbes, decano Ecclesie Brechinensis, Salutem etc. . . . Nobilitas generis vite ac morum honestas . . . nos inducunt ut te specialibus favoribus et gratiis prosequamur . Hinc est quod nos volentes te, qui, ut asseritur, in vicesimo vel circa tue etatis anno constitutus existis . . . consideratione carissimi in Christo filii nostri Jacobi Scotorum Regis illustris ac venerabilis fratris nostri Jacobi Episcopi Sancti Andree pro te eorum dilecto Regi secundo et tertio consanguinitatis gradibus conjuncto ac episcopi eorundem nepote nobis super hoc humiliter supplicantium . . . omnia et singula beneficia ecclesiastica sine cura que etiam obtines, ex quibus jus apostolicis dispensationibus obtines, ac cum cura et sine cura, que expectas, necnon in quibus et ad que jus tibi quomodolibet competit, quecumque, quotcumque, et qualiacumque sint, eorumque fructuum . . . veros valores annuos, ac ipsarum dispensationum tenores presentibus pro sufficienter expressis habentes . . . tecum ut unacum decanatu ecclesie Brechinensis . . . cujus fructus . . . triginta librarum Sterlingorum secundum communem estimationem valorem annum ut etiam asseritur non excedunt, quem inter cetera obtines, unum, vel illo dimisso, duo alia quecumque beneficia ecclesiastica curata, seu per alias invicem incompatibilia, etiam si parrochiales ecclesie vel earum perpetue vicarie, aut dignitates, personatus, administrationes, vel officia in cathedralibus, seu collegiatis ecclesiis, et dignitates ipse in cathedralibus post pontificales majores, seu in collegiatis ecclesiis predictis principales, aut tales mixtini fuerint . . . si tibi alias canonice conferantur, aut assumeris . . . vel eligeris ad illa . . . recipere, et insimul quoad vixeris retinere, eaque omnia . . . et quevis alia . . . canonice assequenda incompatibilia beneficia, simul vel successive, simpliciter vel ex causa permutationis, quotiens tibi placuerit, dimittere, et loco dimissi . . . aliud vel alia, simile vel dissimile, aut similia vel dissimilia, beneficium seu beneficia, ecclesiasticum vel ecclesiastica, duo dumtaxat invicem incompatibilia similiter, etiam ex nunc recipere et etiam quoad vixeris invicem retinere, libere et licite valeas, defectu etatis premissis . . . et Lateranensis ac generalis conciliorum ac quibuscumque aliis constitutioni-

bus . . . apostolicis, necnon predicte Brechinensis et aliarum . . . ecclesiarum . . . statutis et consuetudinibus ceterisque contrariis nequaquam obstantibus, auctoritate apostolica . . . de speciali gratia dispensamus . Proviso, quod decanatus et alia beneficia incompatibilia hujusmodi debitis propterea non fraudentur obsequiis, et animarum cura in incompatibilibus beneficiis, si qua illis immineat, ac decanatu predictis nullatenus negligatur . . . Datum Rome, apud Sanctum Petrum, anno incarnationis Dominice millesimo quadringentesimo quinquagesimo quinto, septimo Idus Junii, Pontificatus nostri anno primo .

L. de Castiliano et de Venetiis .

J. Bouron .

Provisio Ricardi Wyly ad archidiaconatum Brechinensem .

CCCCXXXIII. Pius II. etc. . Venerabilibus fratribus Sancti Andree et Siluensi Episcopis ac dilecto filio officiali Aberdonensi Salutem etc. . Literarum scientia vite ac morum honestas aliaque laudabilia probitatis et virtutum merita, super quibus apud nos dilectus filius Ricardus Wyly, presbyter Brechinensis diocesis, magister in artibus, fidedigno commendatur testimonio, nos inducunt ut sibi reddamur ad gratiam liberales . Exhibita siquidem nobis nuper pro parte dicti Ricardi petitio continebat, quod olim ad audientiam . . . Calisti Pape III. predecessoris nostri, eodem Ricardo deferente, deducto quod quidam Gilbertus Forster, olim archidiaconus ecclesie Brechinensis, clericalibus decentia et mansuetudine prorsus abjectis, spirituque obstinatus dictus, in bone memorie Johannem episcopum Brechinensem manus ausu sacrilego in dicta ecclesia injecerat temere violentas, et propterea excommunicationis sententia in tales a canone generaliter promulgata innodatus se divinis officiis immiscere presumpserat, in anime sue periculum, clericalis dignitatis opprobrium, ac plurimorum scandalum perniciosum pariter exemplum . Idem predecessor attendens quod si esset ita, predictus Gilbertus archidiaconatu dicte ecclesie, quem tunc obtinuerat, reddiderat se indignum, ac volens dicto Ricardo gratiam facere specialem, voluit et concessit certo judici dari in mandatis ut si predictus

Ricardus eundem Gilbertum super premissis coram ipso iudice accusare seque in forma juris inscribere vellet, postquam dictum Gilbertum accusasset seque inscripsisset, ut prefertur, vocatis dicto Gilberto et aliis qui forent evocandi super premissis, inquireret auctoritate apostolica diligentius veritatem, et si per inquisitionem hujusmodi ea invenerit veritate subniti, dictum Gilbertum eodem archidiaconatu auctoritate prefata sententialiter privaret . . . prout de jure foret faciendum; et nihilominus si privationem et amotionem predictas per ipsum iudicem fieri contingeret, dictum archidiaconatum, sive per privationem et amotionem hujusmodi sive alias quovis modo vacaret, prefato Ricardo eadem auctoritate conferret et assignaret; dictoque predecessore sicut Domino placuit rebus humanis exempto, et nobis divina favente clementia ad apicem summi apostolatus assumptis, ne dictus Ricardus voluntatis et concessionis hujusmodi, pro eo quod dicti predecessoris superveniente obitu litere apostolice super illis confecte non fuerant, frustraretur effectu, volumus . . . quod prior voluntas et concessio hujusmodi ab illarum data perinde suum sortirentur effectum, ac si super illis ipsius predecessoris litere sub data predicta confecte fuissent, quodque nostre super ipsis voluntate et concessione confecte ad probandum plene illas ubique sufficerent, nec ad id alterius probationis adminiculum requireretur; et ulterius cum dictus Ricardus, sicut asserebat, potentiam prefati Gilberti merito perhorrescens, eum infra Civitatem Brechinensem seu dictam diocesim nequiret convenire secure, officiali Sancti Andree suis proprio nomine non expresso, eisdem nostris dedimus literis in mandatis ut, si dictus Richardus ipsum Gilbertum super premissis coram eodem officiali accusaret, seque in forma juris inscribere vellet . . . inquireret auctoritate nostra diligentius veritatem, et si per inquisitionem hujusmodi ea inveniret veritate subniti, dictum Gilbertum archidiaconatu predicto eadem auctoritate nostra sententialiter privaret, et amoveret realiter ab eodem, prout de jure foret faciendum; et si privationem et amotionem hujusmodi per dictum officialem fieri contingeret eundem archidiaconatum, sive per privationem et amotionem hujusmodi tunc sive alias quovis modo vacaret, eidem Ricardo auctoritate nostra prefata conferret et assignaret, juxta priorem voluntatem et concessionem supradictas; et cum dictus Ricardus vigore literarum earundem Gilbertum prefatum super hoc, petendo eum prefato archidiaconatu sententialiter

privari et ab illo amoveri, ac ipsum archidiaconatum sibi conferri et assignari, coram dilecto filio Thoma Lauderdel officiali Sancti Andree fecisset ad iudicium evocari, et ipse officialis in causa hujusmodi usque ad conclusionem inclusive inter partes ipsas processisset, prefatus Gilbertus minus veraciter pretendens se ab eodem Ricardo super dicto archidiaconatu indebite molestari, a confectis molestationibus hujusmodi ad Sedem Apostolicam appellavit, nosque causam appellationis hujusmodi dilecto filio magistro Johanni Didaci de Coca cappellano nostro et causarum Palatii Apostolici auditori audiendam commisimus et sine debito terminandam; ipseque auditor perperam in hujusmodi causa procedens diffinitivam pro ipso Gilberto et contra prefatum Ricardum sententiam promulgavit iniquam, a qua idem Ricardus ad Sedem Apostolicam appellavit; nosque causam ultime appellationis hujusmodi dilecto filio magistro Johanni de Cesarinis etiam cappellano nostro et causarum dicti Palatii auditori audiendam commisimus et sine debito terminandam; cumque postmodum ab aliquibus assereretur neutri dictorum Ricardi et Gilberti in dicto archidiaconatu seu ad illum jus competere, nos causam hujusmodi coram dicto officiali pendente advocantes coram dicto Johanne auditore concessimus dari in mandatis, literis super ipsa concessionis gratia non confectis, ut si sibi per eventum litis hujusmodi legitime constaret neutrum Ricardi et Gilberti predictorum in dicto archidiaconatu seu ad illum jus habere, eundem archidiaconatum, siue per privationem ejusdem Gilberti per prefatum episcopum per suam diffinitivam sententiam, que nulla provocatione suspensa in rem transivit judicatam, auctoritate ordinaria propter injectionem manuum hujusmodi factam, sive alias quovis modo vacaret, predicto Ricardo auctoritate nostra conferret et assignaret; ipseque Johannes de Cesarinis auditor postmodum in causa hujusmodi ad nonnullos actus, citra tamen conclusionem inter partes ipsas, dicitur processisse; cum, autem, sicut eadem petitio subjungebat, prefatus Gilbertus adhuc in possessione dicti archidiaconatus existens, lite hujusmodi coram eodem Johanne de Cesarinis sic indecisa pendente, in castro Sancti Quirini Aretine diocesis Romanam curiam sequendo fuerit vita functus, nos statum cause hujusmodi, necnon omnia et singula beneficia ecclesiastica cum cura et sine cura que dictus Ricardus in quibuscumque ecclesiis sive locis ex quibusvis etiam apostolicis dispensationibus obtinet et expectat . . . quecumque, quocumque,



et qualiacumque fuerint, eorumque fructuum . . . veros valores annuos, ac hujusmodi dispensationum tenores presentibus pro expressis habentes, ipsamque causam earundem presentium serie ad nos advocantes, et litem hujusmodi penitus extinguentes, ac dictum Ricardum a quibuscumque . . . sententiis . . . absolutum fore censentes . . . discretioni vestre per apostolica scripta mandamus, quatinus vos vel duo aut unus vestrum per vos vel alium seu alios archidiaconatum predictum . . . ad quem quis per electionem non assumitur, cujusque fructus . . . viginti librarum Sterlingorum secundum communem estimationem valorem annum, ut idem Ricardus asserit, non excedunt, sive per dicti Gilberti privationem, aut illius seu quondam David Yduy obitus, sive alias quovismodo, aut ex alterius cujuscumque persona, seu per liberam resignationem alicujus de illo extra predictam curiam etiam coram notario publico et testibus sponte factam, aut constitutionem felicis recordationis Johannis Pape XXII. etiam predecessoris nostri, que incipit "Execrabilis," vacet, etiam si tanto tempore vacaverit quod ejus collatio juxta Lateranensis statuta concilii ad sedem predictam legitime devoluta, ipseque archidiaconatus specialiter, vel per obitum Gilberti hujusmodi aut ex eo quod ipse cum viveret acolitus noster extitit, generaliter dispositioni apostolice reservatus existat, . . . cum omnibus juribus et pertinentiis suis eidem Ricardus auctoritate nostra conferre et assignare curetis . . . facientes Ricardum vel pro eo procuratorem predictum ad archidiaconatum hujusmodi ut est moris admitti, sibi que de illius fructibus . . . universis integre responderi . . . non obstantibus pie memorie Bonifacii Pape VIII., similiter predecessoris nostri et aliis apostolicis constitutionibus, necnon dicte ecclesie juramento . . . statutis et consuetudinibus contrariis quibuscumque, aut si aliqui super provisionibus sibi faciendis de dignitatibus ipsius ecclesie speciales vel aliis beneficiis ecclesiasticis in illis partibus generales dicte sedis vel Legatorum ejus literas impetrarint, etiam si per eas ad inhibitionem reservationem et decretum vel alias quomodolibet sit processum; quibus omnibus prefatum Ricardum in assecutione dicti archidiaconatus volumus anteferri; sed nullum per hoc eis quoad assecutionem dignitatum aut beneficiorum aliorum prejudicium generari; seu si venerabili fratri nostro episcopo et dilectis filiis capitulo Brechinensi vel quibusvis aliis communiter vel divisim a dicta sit sede indultum, quod ad re-

ceptionem vel provisionem alicujus minime teneantur. . . . quodque de dignitatibus ipsius ecclesie vel aliis beneficiis ecclesiasticis ad eorum collationem, provisionem, presentationem, seu quamvis aliam dispositionem conjunctim vel separatim spectantibus, nulli valeat provideri per literas apostolicas non facientes plenam et expressam ac de verbo ad verbum de indulto hujusmodi mentionem, et qualibet alia dicte sedis indulgentia generali vel speciali, cujuscumque tenoris existat, per quam presentibus non expressam vel totaliter non insertam effectus hujusmodi gratie impediri valeat quomodolibet vel differri, et de qua cujusque toto tenore habenda sit in nostris literis mentio specialis; aut si dictus Ricardus presens non fuerit ad prestandum de observandis statutis et consuetudinibus prefate ecclesie solitum juramentum, dummodo in absentia sua per procuratorem ydoneum et cum ad ecclesiam ipsam accesserit corporaliter illud prestat. . . . Datum in Abbatia Sancti Salvatoris Clusinensis diocesis, anno etc. 1462, pridie Kalendas Augusti, Pontificatus nostri anno IV. .

Collatio Georgii Lydel in archidiaconatum Brechinensem .

CCCCXXXIV. Pius II. etc. . dilecto filio Georgio Lydel archidiacono Ecclesie Brechinensis bacallario in decretis, Salutem etc. . Nobilitas generis vite ac morum honestas aliaque laudabilia probitatis et virtutum merita, super quibus apud nos fidedigno commendaris testimonio, nos inducunt ut tibi reddamur ad gratiam liberales . Dudum siquidem omnes dignitates ceteraque beneficia ecclesiastica cum cura et sine cura quorumcumque curialium, quos dum Romana Curia de loco ad locum transfertur eam sequendo in quovis loco quantumcumque etiam a dicta Curia remoto decedere contingeret, tunc vacantia et in antea vacatura collationi et dispositioni nostre reservavimus . . . . Cum itaque postmodum archidiaconatus ecclesie Brechinensis . . . . quem quondam Gilbertus Forstar olim ipsius ecclesie archidiaconus dum viveret obtinebat, per obitum ejusdem Gilberti, qui illum obtinens ac noster et Sedis Apostolice acolitus et curialis existens in castro Sancti Quirini ab Abbatia Sancti Salvatoris Clusinensis diocesis, in qua cum nostra Curia residebamus ultra duas dietas non distante causa recreationis, permanens diem clausit extremum, vacaverit et vacet ad

presens, nos . . . te . . . ab omnibus . . . ecclesiasticis sententiis censuris vel poenis . . . quibus forsā ligatus existis . . . absolutum fore censentes, archidiaconatum predictum cujus fructus . . . viginti trium librarum Sterlingorum secundum communem extimationem valorem annum ut etiam asseris non excedunt . . . cum omnibus . . . pertinentiis suis . . . tibi . . . conferimus . . . mandantes nihilominus venerabili fratri nostro Episcopo Aberdonensis et dilectis filiis Decano Dunkeldensis ac Archidiacono de Viscaya Calaguniane ecclesiarum . . . quatinus ipsi . . . te vel procuratorem tuum nomine tuo in corporalem possessionem archidiaconatus juriumque et pertinentiarum predictorum inducant . . . facientes te vel dictum procuratorem pro te ad archidiaconatum hujusmodi ut est moris admitti, tibi que de illius fructibus . . . universis integre responderi . . . aut si presens non fueris ad prestandum de observandis statutis et consuetudinibus dicte ecclesie solitum juramentum, dummodo in absentia tua per procuratorem ydoneum et cum ad ecclesiam ipsam accesseris personaliter illud prestes, seu quod ut similiter asseris parochialem ecclesiam de Foreste ac canonicatum et prebendam ecclesie de Dombar de Pekokis nuncupatam Glasguensis et Sancti Andree diocesium, quorum omnium fructus . . . quinquaginta unius librarum similium secundum extimationem predictam valorem annum non excedunt, obtines. Datum Pientie, anno etc. 1462, quarto Idus Augusti, Pontificatus nostri anno IV.

Johanni Balfour episcopo Brechinensi ut ecclesiam de Conveth habeat in commendam indultum est .

CCCCXXXV. Paulus II. etc. . . . dilecto filio Johanni Balfour electo Brechinensi Salutem etc. . . . personam tuam nobis et Apostolice Sedi devotam tuis exigentibus meritis paterna benevolentia prosequentes . . . nuper siquidem de persona tua ecclesie Brechinensis tunc pastoris solatio destitute, et Venerabilium fratrum nostrorum Sancte Romane Ecclesie Cardinalium consilio, providimus, preficiendo te illi in Episcopum et Pastorem, curamque et administrationem dicte ecclesie tibi in spiritualibus et temporalibus plenarie committendo . . . Nos itaque tibi, qui ut accepimus [ecclesiam] parochialem de Conveth Sancti

Andree diocesis tempore provisionis et perfectionis hujusmodi obtinebas, prout obtines, et super qua, postquam illam per novem annos et ultra pacifice et canonico titulo possederas, lis per dilectum filium Riccardum Cady qui se gerit pro presbytero Glasguensis diocesis contra te mota exitit, ut iuxta pontificalis dignitatis exigentiam statum tuum decentius teneri possis . . . motu proprio, non ad tuam vel alterius pro te nobis super hoc oblate petitionis instantiam . . . ut etiam postquam munus consecrationis susceperis, aut tempus de consecrandis episcopis a canonibus diffinitum lapsum fuerit, parrochiam ecclesiam predictam, cuius fructus . . . quadraginta librarum sterlingorum secundum communem estimationem valorem annuum ut etiam accepimus non excedunt . . . minime vacare decernimus . . . unacum regimine et administratione predictis, quamdiu ipsi ecclesie Brechinensi prefeceris, in commendam retinere libere et licite valeas . . . alienatione tamen quorumcumque bonorum immobilium et pretiosorum mobilium dicte parrochialis ecclesie tibi penitus interdicta, quamquam propter eandem commendam ipsa parrochialis ecclesia debitis interim non fraudetur obsequiis, et animarum cura in ea nullatenus negligatur . . . Datum Rome, apud Sanctum Marcum, anno etc. M cccc lxxv, tertio Kalendas Decembris, Pontificatus nostri anno secundo .

CCCCXXXVI. Bull by Paul II. narrating that, having heard that Richard Wily, archdeacon of Brechin and collector of the revenues of the Apostolic Chamber in these parts, was desirous to serve the Lord as a regular monk in the monastery of the blessed Mary of Calco, or Kelso, belonging to the order of St. Benedict and in the diocese of St. Andrews, he had by other letters commanded certain judges to receive the said Richard as a monk and friar, if he were fit and there were no canonical obstacle, to give him the regular habit, according to the custom of the said monastery, to treat him therein with all sincere kindness in the Lord, and to receive from him the profession usually made by the monks of the said monastery, if he were willing of his own accord to make the same *in suis ordinibus*; that so soon as the said Richard had taken the habit, or made this profession, or a year of his probation had elapsed, or even previously, if it appeared he was willing to change his life altogether, or

if he assumed the habit, and conducted himself as a professor for the space of three days, he should be bound to demit all his ecclesiastical benefices with or without cure; and when therefore, in this way, the perpetual vicarage of the parish church of Dundee, and the parish church or rectory of Kinel, belonging to the dioceses of Brechin and St. Andrews and held by the said Richard, were expected to become vacant, the Pope, in accordance with the tenor of former letters of indulgence granted by him to John Spalding, dean of Brechin, and for the sake of James, King of Scots, who had sought not only these benefices, but also the bishopric of Dunkeld for the said John Spalding, his councillor, confessor, and master of his chapel, conferred, and hereby confers, the said vicarage and rectory, with the yearly revenues thereof, which did not exceed thirty pounds sterling for each, on the said John Spalding; allowing him to hold these two incompatible benefices in conjunction with the deanery for three years, to resign the three all at once or one by one successively at his pleasure, whether this were simply or for the sake of exchange, to receive in their stead three other incompatible benefices, among which these two may be reckoned, not being, however, parish churches, or their perpetual vicarages, and to hold these two, to wit, the parish church and vicarage, for seven years, and the third, if one of the three is not previously exchanged for a compatible benefice, for three years, he being bound in case of no such exchange, wholly to demit, at the end of the said three years, that one of the three which he first got; and that notwithstanding the same Pope had prohibited, with certain exceptions, any person from holding together two parochial churches or two dignities, being either those immediately under the episcopal in cathedral churches or the principal in collegiate churches, unless the parish churches were so contiguous as to be conveniently served by one person, and unless, also, their revenues did not exceed the yearly value of twenty-four gold florins of the chamber; dispensing with all ecclesiastical statutes and customs to the contrary; but providing that the foresaid deanery, vicarage, and church, should not be defrauded of the services due to them; and directing the bishops of Glasgow and Galloway, and the dean of Rheims, to give the said John Spalding possession of the saids benefices accordingly. Dated at St. Marks, at Rome, 19th November, 1467.

CCCCXXXVII. Mandate by Clement VII. to the bishops of Caserta and Aberdeen, and to Gilbert Strathauchin, canon of Aberdeen, to induct James Pitcairn into the corporal possession of the archdeaconry of Brechin, to which the Pope had presented him, on the resignation thereof by David Pitcairn, the former archdeacon. Dated at St. Peters, in Rome, 8th October, in the third year of the Pope's Pontificate, 1526.

## ROTULI REDITUUM EPISCOPATUS.

---

CCCCXXXVIII. COMPOTUM DOMINI HENRICI DE KINGORN, SENESCALLI DOMINE REGINE ET CAMERARII DE GARVIACH ET BRECHIN, redditum apud Edinburgh vndecimo die mensis Augusti anno Domini millesimo quadringentesimo sexagesimo secundo, de omnibus receptis suis et expensis per firmas et exitus ballie sue, a decimo nono die mensis Januarii anni etc. quinquagesimi noni vsque in diem huius compoti; et sic de quinque terminis infra hoc compotum .

Idem onerat se, in primis, de lxx lib. iii s. xi d. restantibus in vltimo compoto suo, vt patet in pede eiusdem . Summa arreragii patet .

Item, idem onerat se de xiii lib. vi s. viii d. de firmis terrarum de Errot in dicto dominio de Brechyn, de quinque terminis huius compoti; et de xxxix lib. de firmis terrarum de Pentoscal de dicto dominio, et de dictis quinque terminis; et de i<sup>o</sup> lib. per integras firmas terre de Kyncrag, cum molendino eiusdem, de dictis quinque terminis, et prefato dominio; et de xvi lib. xi s. viii d. [de firmis] terre de Burghirgill eiusdem domini, et de eisdem terminis; et de xlvi lib. xi s. viii d. per integras firmas terre de Balnabrech, de dictis terminis et dominio; et de xxv lib. de terris de Kyndrochett, de dictis quinque terminis; et de xii lib. v s. terre de Pettyndrech in dicto dominio de Brechyn, de eisdem terminis; et de xv lib. vi s. viii d. de firmis terre de Tulyquilly in dominio de Nethuar, de dictis terminis; et de vii lib. xv s. de firmis terre de Lythyndy dicti domini de Nethuar, de eisdem terminis; et de xx lib. de firmis terre de Blarnathro, de dictis terminis; et de xiii lib. vi s. viii d. de firmis terre de Nathro, de dictis quinque terminis; et de xiii lib. vi s. viii d. de firmis terre de Tullyarblate, de dictis

terminis ; et de vi lib. xiii s. iiii d. de firmis molendini eiusdem, de dictis terminis ; et de vii lib. x s. de firmis terre de Tulybirny, de dictis quinque terminis ; et de xvii s. vi d. de firmis duarum croftarum, dictarum de Broustercroft et le Smythycroft, de dicto dominio de Neuthuar, de dictis terminis ; et de xxxv lib. xii s. vi d. per integras firmas terrarum de Petpoulkis infra dictum dominium de Brechyn, de dictis quinque terminis ; et de xx lib. xvi s. iiii d. de firmis de le Halch de Brechyn, de eisdem terminis ; et de xxii lib. x s. x d. de annuo reddito ville de Brechyn, de eisdem terminis ; et de ix lib. xvii s. annui redditus de Carretstoune, de duobus terminis Sancti Martini infra hoc comptum, quia tunc redditur tantum ; et de ii s. per vendicionem duarum librarum cumini redditus assise terre de Neuburgh [Neubiggin ?], de dictis terminis Sancti Martini, quia tunc redditur tantum ; et de xx s. de firmis cuiusdam domus et orti in villa de Brechin in warda existentis, de dictis quinque terminis infra hoc comptum ; et de m aridis piscibus annui redditus de Montros, de dictis terminis Sancti Martini infra hoc comptum ; et de xxiiii. ferreis equorum annui redditus cuiusdam terre spectantis Laurencio Smyth in Brechyn, de eisdem terminis Sancti Martini, quia tunc redditur tantum .

Summa huius oneris iiii<sup>c</sup> xxvii lib. ix s. vi d.

Item, idem onerat se de lxxv lib. de firmis terrarum de Dornochschelis in comitatu de Garviach, de quinque terminis huius compoti ; et de x lib. de firmis molendini eiusdem, de eisdem terminis ; et de vi lib. xiii s. iiii d. de firmis de Harlaw infra dictum comitatum, de dictis terminis ; et de xvi lib. xiii s. iiii d. de firmis de Warthill, de dictis comitatu et terminis ; et de xxv lib. de firmis de Rothmuriel, de eisdem terminis ; et de xxiiii lib. v s. de firmis terrarum de Ardone et Buchanstone, cum molendino, de dictis quinque terminis ; et de xvi lib. xiii s. iiii d. de firmis vnus dauate terre de Inneroree, de prefatis terminis ; et de xvi lib. xiii s. iiii d. annui redditus de Inneroree, de eisdem terminis ; et de xxxvi lib. xiii s. iiii d. de firmis terre de Knokynbarde, cum molendino eiusdem, de dictis terminis ; et de L lib. de firmis terre de Dundyure, cum molendino, de eisdem terminis ; et de viii lib. vi s. viii d. de firmis de Tullyfour, de terminis compoti ; et de xxv lib. xiii s. iiii d. de firmis de Duncanstone, de dictis terminis ; et de xl lib. de firmis terre de Glandirstone, cum molendino eiusdem, de eisdem



terminis; et de viii lib. annui redditus fogagii de le Vne et Westhal, de duobus terminis Sancti Martini infra hoc comptum, quia tunc redditur tantum; et de vi s. viii d. annui redditus de Cragtolle, de dictis duobus terminis Sancti Martini .

Summa huius oneris iii<sup>o</sup> L lib. xviii s. iii d.

Item, idem onerat se de xiii lib. vi s. viii d. de firmis terre de Creich, de duobus primis terminis huius compoti, quia post dictos duos terminos Robertus Ledale recepit firmas earundem .

Summa huius oneris patet .

Summa totalis oneracionis, preter arreragia, vii<sup>o</sup> lxxxvi lib. xiii s. vi d.

Item, idem onerat se de v lib. v s. per vendicionem quatuordecim martarum domini de Brechin, per tempus compoti; et de xxiiii lib. v s. viii d. per vendicionem iiii celdrarum ix bollarum ordei comitatus de Garviach, per idem tempus; et de i d. albe firme de Portarstone in dicto comitatu; et de xii colaribus, dictis hund colaris, terre de Blakhall, pro alba firma eiusdem; et de i pare serotheicarum albarum albe firme terre de Petkapill; et de i pare calcarium deauratorum albe firme de Lethinde; et de ii paribus calcarium deauratorum albe firme de Achinlevin; et de i albo merilo albe firme de Quhitecors . Memorandum, quod albe firme suprascripte soluuntur singulis annis .

Summa huius oneris xxix lib. xi s. ix d., xii hund colaris, i par serotheicarum albarum, iii paria calcarium deauratorum, i album merilum.

Summa totalis oneracionis, preter arreragia, viii<sup>o</sup> xxi lib. vi s. iii d.

Summa totalis oneracionis, cum arreragiis, viii<sup>o</sup> lxxxvi lib. x s. ii d.

EXPENSE eiusdem . In primis, allocata comptanti pro annuo reddito debito priori de Rostinoth de terris de Balnabrech annuatim, videlicet, quadraginta sex solidis octo denariis, ut asserit comptans, de quinque terminis huius compoti, v lib. xvi s. vii d.; et abbati de Cupro percipienti annuatim sex solidos octo denarios de fabrili de Brechin, ut idem comptans eciam asserit, de dictis quinque terminis, xvi s. iii d.; et Alexandro de Setoune percipienti annuatim quadraginta

solidos annui redditus de Kyncrag sibi eciam debitos, ex huiusmodi assercione, de eisdem terminis, v lib. ; [et] eidem de firmis [terre] de Kincrag, de duobus primis terminis huius compoti, occupate cum grangia Domine Regine, ex dicta assercione, xxxiiii lib. xiii s. iiii d. ; et eidem de firmis terrarum de Hawgh, de tribus vltimis terminis huius [compoti], occupatarum similiter cum grangiis Domine Regine, ex eadem assercione, xii lib. x s. ; et per solucionem factam fratri Dauid Crannoch de firmis de Kyncrag, de mandato Domine Regine, de duobus mediis terminis huius compoti, iiii lib. vi s. viii d. ; et eidem per superfluam oneracionem certarum terrarum dominiorum de Brechin et Nevar de nouo levatarum, vt patet in rentali, ad Penthecosten anno sexagesimo, de duobus primis terminis huius compoti, xx lib. ix s. viii d. ; et priori de Rostinot pro secundis decimis sibi debitis de dictis terris de Brechin et Nevar, Regi pertinentibus per forisfacturam quondam comitis Atholie, de dictis quinque terminis, xli lib. xi d. ; et eidem per decidendiam antiquarum firmarum terrarum de Garviach, vt patet in rentali antiquo et nouo particulariter examinato super compoto, vii lib. xv s. iii d. obolus ; et eidem per solucionem factam Johanni Halkerstoun ad fabricam collegii Domine Regine, vt patet per librum dicti Johannis sua manu scriptum, diuersis vicibus ostensum super compotum, iiii<sup>o</sup> lxxv lib. xi s. iiii d. ; et eidem per solucionem factam Edwardo de Boncle ad dictam fabricam, vt patet per scedulam manu sua scriptam, ostensam super compotum, li s. iiii d. ; et dicto Edwardo ad dictam fabricam diuersis vicibus, vt patet per scedulam suam manu sua scriptam de receptis, ostensam super compotum, i<sup>o</sup> xxix lib. ix s. iiii d. ; et dicto Edwardo ad dictam fabricam, vt patet per binas scedulas de receptis manu sua subscriptas, ostensas super compotum, xlviiii lib., super quibus computandum est cum dicto Edwardo et dicto Johanne Halkerstoun ; ad dictam fabricam per liberationem domini Willelmi Rende, dicto Johanne fatente receptum per scedulam sua manu scriptam et ostensam super compotum, i<sup>o</sup> lib. xv s., pro quibus respondebit ; et pro collectione firmarum de Garviauch vni capellano, de duobus annis infra hoc compotum, ex consideratione auditorum, iiii lib. ; et dicto Edwardo Bonkil ad fabricam collegii supradictam, per liberationem Nicholai Speche, xl lib., super quibus computandum est cum dicto Edwardo etc. ; et eidem pro xiiii martis, dictis custum martis, de dicto dominio de Brechin, precium pecii quinque

solidi, soluendis husbandis sub periculo computantis, iiii lib. x s. ; et data Haknet seruitori Domine Regine, ad prouidendam quandam nauem in yeme preterita, de mandato eiusdem, custode priuati sigilli testante mandatum super computum, xvii lib. xv s. vi d. ; et eidem per superfluam oneracionem certorum cotagiorum terrarum de Kyncrag, cum quibus computans superius oneratur, de termino Beati Martini infra hoc computum, iiii lib. vi s.

Summa expensarum viii<sup>o</sup> lvi lib. vii s. x d. obolus : et sic restant xxx lib. ii s. iii d. obolus, feodo non allocata . De quibus allocati computanti, ex eo quod plus oneratur cum firmis terrarum de Ardune et Buchanstoun quam continetur in rentali, vt patet, xxx s. ; et eidem per superfluam oneracionem terrarum de Glanderstoun, cum molendino, ex eo quod computans oneratur plus quam onerari debet, vt patet, viii lib. vi s. viii d. ; et eidem pro feodo suo de dictis quinque terminis, de mandato Regine, xx lib. v s. vi d. obolus .

Summa huius allocacionis xxx lib. ii s. iii d. obolus . Et sic eque .

Item, idem onerat se de xiiii martis, que dicuntur custum martis, de dicto dominio de Brechine, per tempus compoti .

Summa huius oneris patet .

EXPENSE eiusdem . In primis, allocate computanti, per liberacionem facto Nigello Dauidsoun, armentario Domine Regine, ad armenta eiusdem, vii marte, pro quibus respondebit ; et per vendicionem septem martarum venditarum per computantem, precium pecii quindecim solidi, pro quarum pecunia, videlicet quinque libris et quinque solidis, onerandus est computans in compoto pecuniarum, vii marte .

Summa expensarum xiiii marte . Et sic eque .

Item, idem onerat se de i celdra i bolla ordeï firme de Garviach, de primo termino Pentecostes huius compoti ; et de iii celdris viii bollis ordeï firme de Garviach, de duobus vltimis terminis Penthecostes huius compoti .

Summa huius oneris iiii celdre ix bolle .

EXPENSE eiusdem . In primis, allocate computanti, per vendicionem dictarum

quatuor celdrarum et nouem bollarum ordeï venditarum per eundem, precium bolle sex solidi et octo denarii, pro quarum pecunia, videlicet viginti quatuor libris sex solidis et octo denariis, onerabitur comptans in compoto pecunie, iiii celdre ix bolle .

Summa expensarum patet . Et sic eque .

[In dorso] . Nota ; quod sexaginta libre, restantes super magistro Jacobo Lindesay custode priuati sigilli in compoto Michaelis de Balfoure, allocande sunt dicto magistro Jacobo, ex eo quod soluit eas domino Henrico Kingorn senescallo Regine, vt patet in compoto suo .

CCCCXXXIX. COMPOTUM DOMINI WILLELMI RYNDE, RECEPTORIS FIRMARUM

DOMINII DE BRECHIN et de Nevar, redditum apud Edinburgh vicesimo octauo die mensis Julii anno Domini millesimo quadringentesimo sexagesimo tertio, de omnibus receptis suis et expensis ab vndecimo die mensis Augusti anno Domini millesimo quadringentesimo sexagesimo secundo, vsque in diem presentis compoti ; et sic de duobus terminis infra hoc compotum .

In primis, comptans onerat se de xv lib. xii s. de firmis terrarum de Pencostane (Pentoscane ?) de dominio de Brechin, de duobus terminis huius compoti ; et de iiii lib. xviii s. de firmis terrarum de Pettindreich, per tempus compoti ; et de v lib. vii s. viii d. de dimidietate terrarum de Errot in dicto dominio, de dictis terminis ; et de iiii lib. xiii s. iiii d. de firmis molendini de Errot, per dictum tempus ; et de xlib. per integras firmas terre de Kincrag et Balbirny, cum molendino eiusdem, de dictis terminis ; et de xviii lib. xii s. viii d. de firmis terrarum de Balnabreich, de eisdem terminis ; et de vi lib. xii s. viii d. [de firmis] terre de Buthirgill, de dictis terminis ; et de xiiii lib. xii d. de firmis terrarum de Petpollokis, per idem tempus ; et de x lib. de firmis terre de Kindrochet, et de x bollis avenarum, et ii duodenis gallinarum, per idem tempus . Item, idem onerat se de lxxix lib. xvii s. iiii d. de gressumis dicti dominii, per tempus compoti .

Summa huius oneris i° lxxxxix lib. xiiii s. viii d.

Idem onerat se de vii lib. de firmis terrarum de Ballernoch infra dominium de Nethver, de dictis duobus terminis; et de iii lib. de firmis terre de Lethindy, per idem tempus; et de v lib. vi s. viii d. [de firmis] terrarum de Tulyarblat, de dictis terminis; et de iii lib. de firmis terrarum de Tulibirny, per idem tempus; et de vii lib. vi s. viii d. de firmis de Tuliqhuly de dicto dominio, per idem tempus; et de liii s. iiiii d. de firmis molendini eiusdem, de eisdem terminis; et de v lib. vi s. viii d. de firmis terrarum de Nathrow, per idem tempus; et de vii s. de firmis duarum croftarum, dictarum le Broustarcroft et Smedycroft, in dicto dominio, de dictis terminis; et de iiiii lib. xvii s. vi d. annui redditus de Carrauldestoun, per dictum tempus, videlicet, de termino Sancti Martini infra hoc computum, quia tunc redditur tantum; et de ix lib. iiiii d. de annuo reddito ville de Brechin, de dictis duobus terminis; et de viii s. de firmis cuiusdam orti et crofte in villa de Brechin in warda existentis, de dictis terminis; et de xii d. per vendicionem vnus libre cumini redditus assise terre de Neubiggin, de dicto termino Sancti Martini, quia tunc redditur tantum; et de v<sup>o</sup> piscibus aridis annui redditus de Montross, de dicto termino Sancti Martini infra hoc computum; et de xii ferreis equorum annui redditus cuiusdam terre spectantis Laurencio Smyth de Brechin, de eodem termino Sancti Martini, quia tunc redditur tantum.

Summa huius oneris xlix lib. vii s. ii d.

Item, idem onerat se de vi lib. per vendicionem i celdre viii bollarum frumenti de firmis de le Halch de Brechin, precium bolle quinque solidi, venditarum per eundem infra tempus compoti; et ix lib., per vendicionem ii celdrarum iiiii bollarum ordii de firmis de le Halch, precii earundem venditarum per eundem infra dictum tempus; et de ix lib. xii s. per vendicionem iii celdrarum farine avenatice de eodem loco venditarum per computorem infra idem tempus; et de iiiii lib. per vendicionem xl petrarum casei de cana dicte ville de Halch, precium petre duo solidi, venditarum per eundem infra tempus compoti.

Summa huius oneris xxviii lib. xii s.

Summa totalis oneracionis ii<sup>c</sup> lxxvii lib. xiii s. x d.

EXPENSE eiusdem . In primis, allocati computanti pro annuo reddito debito

priori de Rostinet de terris de Balnabreich [percipienti] annuatim, videlicet, quadraginta sex solidos et octo denarios, vt asserit comptans, xlvi s. viii d.; et abbati de Cupro, percipienti annuatim sex solidos octo denarios de fabrili de Brechin, vt asserit idem comptans, vi s. viii d.; et Alexandro de Setoun, percipienti annuatim quadraginta solidos annui redditus de Kincrag sibi eciam debitos, de duobus terminis huius compoti, xls.; et priori de Restinot, pro secundis decimis sibi debitis de dictis terris de Brechin et Nevar, Regi pertinentibus per forisfacturam quondam comitis Atholie, de dictis duobus terminis, xiiii lib. xiiii s. viii d.; et eidem per solucionem factam Johanni Haukirstoun ad fabricam collegii Sancti Saluatoris per manus domini Henrici de Kingorn, de quibus idem Johannes reddidit compotum, lii lib. xvi s. x d.; et eidem per solucionem factam dicto Johanni Haukirstoun ad dictam fabricam, et de quibus idem Johannes reddidit compotum, lxxxvii lib. vii s. vi d.; et eidem per solucionem factam Edwardo Boncle ad dictam fabricam, vt patet per librum dicti Edwardi sua propria manu scriptum, ostensum super compotum, lx lib., pro quibus idem respondebit; et eidem per solucionem factam domino Henrico de Kingorn, senescallo Regine, ad expensas eiusdem, ipso fatente receptum super compotum, et pro quibus respondebit, xxiiii lib. xiii s. ii d.; et eidem pro reparacione molendini de Nevar, ex mandato, xl s.; et eidem pro le inlac victualium venditorum, cum quibus comptans superius oneratur, xxv s.; et eidem in xviii martis cum coriis, emptis per eundem et liberatis ad expensas Domine Regine, quarum restant tres in lardinaria de Ravynniscrag, et alie quindecim locantur in herbagio, videlicet, quatuor cum Herbarto de Morauia in le Pullis, et sex in armento Domine Regine in Lossintrule, et relique quinque locantur per senescallum Kingorn, pro quibus respondebit, precium pecie xv s. iiii d., summa xiiii lib. xvi s.; et eidem pro secundis decimis debitis priori de Rostinet de le Halch, alias in manibus Domine Regine, non scriptis in rentali, xiiii s. iiii d.; et eidem pro feodo suo, ex consideracione auditorum, l s.; et per solucionem factam senescallo Kingorne ad expensas Domine Regine, ipso fatente [receptum] super compotum, et pro quibus respondebit, iii lib. viii s. ii d.

Summa expensarum ii<sup>c</sup> lxxvii lib. xvii s.: et sic restant ix lib. xvi s. xd.: de quibus allocata compotori, pro secundis decimis debitis priori de Rostinet de gressumis domini de Brechin, vii lib. xix s. viii d. obolus; et sic restant xxxvii s. i d. obolus .

RENTALE S. D. REGIS.

CCCCXL. DOMINIA DE BRECHIN ET NEVAR ASSEDATA APUD BRECHIN  
VLTIMO FEBRUARII [1484.]

- Tuliquhille . . . Assedatur pro terminis trium annorum post exitum duorum annorum a festo Penthecostes, vt supra, Andree Mylne et Donaldo Ordy pro xxix s. ii d., Alexandro Nachty pro lviii s. iiii d., Johanni Forestare pro xxix s. ii d. . Inde pecunia v lib. xvi s. viii d., cum seruiciis consuetis, grassuma tantum .
- Brako . . . Assedatur Johanni Ordy et Laurencio Qubithop pro terminis, vt supra . Inde pecunia xxx s., grassuma tantum, cum seruiciis consuetis .
- Lethinde . . . Assedatur Daud comiti Craufurdie pro terminis trium annorum a festo Penthecostes proximo . Inde pecunia iii lib., ii bolle auenarum, xii pultre, grassuma iii lib.; ad voluntatem Domini Regis; plegio Philippo Lindesay, et magistro Henrico Lindesay .
- Tulibirny . . . Assedatur dicto domino comiti pro eisdem terminis . Inde pecunia iii lib., ii bolle auenarum, xii pultre, grassuma iii lib.; ad voluntatem vt supra; plegio vt supra .
- Ballernoeh . . . Assedatur Hugoni Richartsone, Johanni Huchonsone, Willelmo Huchonsone, pro tribus octauis partibus, Findelaio Myll pro vna octaua, Margarete Crag, Thome Lowthiane, Thome Clerk, et Alexandro Browneschawe, pro quatuor octauis partibus, pro terminis vt supra . Inde pecunia viii lib., xxiiii pultre, grassuma v lib. vi s. viii d.

- Broustercroft et Assedantur dictis tenentibus pro eisdem terminis .  
 Smethycroft . . . . . Inde pecunia vii s., grassuma tantum .
- Nathrow . . . . . Assedatur dicto domino comiti pro terminis sibi asse-  
 datis, vt supra . Inde pecunia v lib. vi s. iiii d., xxiiii  
 pultre, grassuma tantum ; ad voluntatem et plegio vt  
 supra .
- Tuliarblet . . . . . Assedatur dicto domino comiti pro terminis vt supra .  
 Inde pecunia v lib. vi s. viii d., xxiiii pultre, grassuma  
 tantum ; ad voluntatem et plegio vt supra .
- Molendinum eiusdem Assedatur Alexandro Nachty pro terminis trium an-  
 norum post exitum duorum vt supra . Inde pecunia  
 liii s. iiii d., grassuma tantum .

## BRECHIN.

- Pettintoskell, . . . . . Inde pecunia xv lib. xii s., xlviii pultre .
- Petpookis . . . . . Assedatur Alexandro Lesly de Wardris pro terminis  
 trium annorum post exitum terminorum quos habet  
 per literas Domini Regis . Inde pecunia xiiii lib.  
 xii d., xxiiii pultre, cum seruiciis consuetis, grassuma  
 xiiii lib. xii d. . Et non remouebit nec prius capiet de  
 tenentibus, quia soluunt Domino Regi .
- Bouterkill, . . . . . Inde pecunia vi lib. xiii s. iiii d. . Nunc assedatur ma-  
 gistro Jacobo Balfur cancellario Brechinensi, per  
 literas domini comitis Craufurdie, et per confirma-  
 tionem Supremi Domini nostri Regis, pro terminis  
 in eisdem contentis .



- Pettindreich, . . . . . Inde pecunia iiii lib. xviii s.
- Kincrag cum molendino Assedatur Daud comiti Craufurdie pro terminis, vt supra, sibi assedatis . Inde pecunia xii lib. xiii s. iiii d.; et solebat assedari pro quadraginta libris; grassuma xii lib. xiii s. iiii d.; ad voluntatem et plegio vt supra .
- Le Hauch de Brechin Assedatur dicto domino comiti pro terminis vt supra . Inde pecunia vi lib. xiii s. iiii d.; et solebat assedari in steilbow; grassuma vi lib. xiii s. iiii d.; ad voluntatem et plegio vt supra .
- Piscaria de le Hauch Assedatur dicto domino comiti pro terminis vt supra . Inde firma vi babelle salmonum .
- Balnabreich . . . . . Assedatur Alexandro Guthre de eodem pro terminis trium annorum a festo Penthecostes, vt supra . Inde pecunia xviii lib. xii s. viii d., cum seruiciis consuetis, grassuma tantum, cum licencia habendi subtenentes; et acceptauit assedacionem ad voluntatem Domini Regis, ex eo quod clamat habere feodifirmam .
- Kyndrochate . . . . . Assedatur Thome Crawmond pro terminis vt supra . Inde pecunia x lib., x bolle auenarum, xxiiii pultre, grassuma x lib.; ad voluntatem Regis .
- Arrote . . . . . Assedatur Johanni Erskyne de Dwn pro terminis trium annorum post exitum terminorum quos habet futuros . Inde pecunia vii lib. vi s. viii d., cum cariagiis et seruiciis consuetis, grassuma vii lib. vi s. viii d.

Summa totalis grassumarum de Brechin et Nevar i<sup>c</sup> i lib. xiiii s.

Annus reditus de Brechin, . . . . .	Inde pecunia ix lib. iiii d.
Annus reditus de Caraldstone, . . . . .	Inde pecunia iiii lib. xvii s. vi d.
Annus reditus de Newbiggin, . . . . .	Inde firma i lib. cumini .
Annus reditus cuiusdam tenementi in Monthros, . . . . .	Inde firma v <sup>e</sup> pisces aridi .
Annus reditus tenementi Laurentii Smyth in Brechin, . . . . .	Inde firma xii ferrea equorum .
Foresta de Costary, . . . . .	
Baronia de Cortewy, . . . . .	
Terre de Telyn, . . . . .	
Polgavy, . . . . .	
Annus reditus de Brechty, . . . . .	Inde pecunia x lib.

CCCCXLI. HEIR FOLLOVES THE RENTALL OF THE BISCHOPRICK OF BRECHIN, both spiritualitie and temporalitie, as it is in use of payment sen the entres of Alexander now bischop of Breichin, and gevin up be his brother James Campbell of Arkinglas, himself being in Geneva at the schuilis, at Edinburgh the xxviii day of Januar 1573 zeiris.

THE TEYND VICTUALL  
WITHIN THE PAROCHIN OF MONTROIS.

Burrowfield, . . . . .	i ch. beir, i ch. ii b. meill.
Half Haddorvik, . . . . .	iiii b. beir, xi b. meill.
Aikeris of Montrois, . . . . .	i ch. beir.
Charltoun, . . . . .	iiii b. beir, xi b. meill.

THE PAROCHIN OF DWN.

Forders, . . . . .	i ch. iiii b. beir, i ch. viii b. meill, viii b. quhyt.
Tayok, . . . . .	iiii b. beir, x b. meill.

THE PAROCHIN OF MARITOUN.

The teyndis of the toun of Maritoun,	. xviii b. beir, xxvii b. meill, iii b. quhyt.
Fullertoun,	. . . . . viii b. beir, i. ch. meill.
Annane,	. . . . . iiiii b. beir, viii b. meill.
Auld Montrois,	. . . . . ii. ch. beir, iiiii ch. meill.

THE PAROCHIN OF BREICHIN.

Lewchland,	. . . . . i ch. iiiii b. beir, ii ch. viii b. meill.
Arrott, with the mylne and Lychtoun hill,	. i ch. beir, ii ch. meill.
Chepeltoun,	. . . . . ii b. beir, iiiii b. meill.
Newbygein,	. . . . . vi b. beir, xiiii b. meill.
Prentoskyll,	. . . . . xiiii b. beir, xxvi b. meill.
Kynnard,	. . . . . x b. beir, xviii b. meill.
Pitpollox,	. . . . . i ch. beir, xxviii b. meill.
Bracho,	. . . . . iii b. beir, v b. meill.
Auchnabarrat,	. . . . . ii b. beir, iiiii b. meill.
The aikers of Breichin in the bischopis hand,	. . . . . iiiii b. beir, vi b. meill.
Cuikstoun in the bischopis hand,	. . . . . iiiii b. ii firlots beir, vi b. meill.
Kyndrokate in the bischopis hand,	. . . . . vii b. beir, xxii b. meill.
Mekyll Messindew in the bischopis hand,	. . . . . xxii b. beir, xxii b. meill.
Pyttindreicht,	. . . . . vi b. beir, xii b. meill.
Esawxtoun,	. . . . . iiiii b. beir, vi b. meill.
Balnabricht,	. . . . . i ch. beir, ii ch. viii b. meill.
Hail Pytforkeis,	. . . . . v b. ii firlots beir, xii b. meill.
Nether Kynkraig,	. . . . . i ch. beir, ii ch. viii b. meill.
Hail Mikle Walterstoun,	. . . . . i ch. beir, ii ch. meill.
Furdtoun, Litle Walterstoun, and Bow- hillok,	. . . . . ix b. beir, xix b. meill.
Mekill Dagath,	. . . . . ii b. beir, iiiii b. meill.
Findowrie,	. . . . . iiiii b. beir, viii b. meill.
Lytil Messindew,	. . . . . ii b. beir, iii b. meill.

Unthank and Dubtoun, gevin in pentioun  
 of auld to Jhone Leslye out of  
 rentall, . . . . ix b. beir, xviii b. meill.

## TEYND QUHYT OFF BREICHIN.

Within the parochin of Dwn, . . . . viii b. out of Forders.  
 Within the parochin of Maritoun, . . . . iii b. out of Maritoun.  
 The thrid extendis to . . . . iii b. ii firlots ii pekis i part peck.

## HORS CORNE.

Breichin, . . . . . xii b.  
 The thrid thairof, . . . . . iiiii b. to be tane furth of Streth-  
 kathro, according to the auld  
 assumptioun.

THE RENTALL OF THE TEMPORALL LANDIS  
 OF THE BISCHOPRIG OFF BREICHIN.

Imprimis, Bawronny, . . . . . xxiiii lib.  
 Newtoun, . . . . . xi lib. iii s. iiiii d.  
 Smyddiehill, . . . . . vi lib. xiiii s. iiiii d.  
 Mylden, . . . . . viii lib. vi s. viii d.  
 Bothiris, . . . . . vi lib.  
 Syd, . . . . . xii lib. xiiii s. iiiii d.  
 Nether Pytforthye, . . . . . xxvi lib. xiiii s. iiiii d.  
 Ardo, . . . . . xvii lib. xvi d.  
 Additall, . . . . . vi lib.  
 Eglisjhonne, . . . . . vi lib.  
 Capo, . . . . . xl s.  
 Maritoun, with the fisching, . . . . . xlviii lib. xv s. iiiii d.  
 Mylln Airdevye, . . . . . liiii s. iiiii d.  
 Unthank, . . . . . iii lib. vi s. viii d.  
 Litle Dagowlthie, . . . . . xxvi s. viii d.

Muretoun, . . . . .	iii lib. iii s. iii d.
Kathrik, . . . . .	xviii lib.
Kingormy, . . . . .	xviii lib.
Kirkdawcht, . . . . .	vi lib. vi s. viii d.
Croftheidis, . . . . .	v lib.
Weuer Pytforthie, . . . . .	x lib.
Lytle Mylne of Breichein, . . . . .	iii lib.
Balluny, . . . . .	ix lib.
Drymie, . . . . .	x lib.
Brathynsche, . . . . .	xvii lib. vi s. viii d.
